



ÆGIDII
CARMINA
DE
URINIS
LUGDUNI
XVXV










The binding by
Jehan Norins

—

Payne 1/9/11.



Carmina de urinarum

iudiciis: edita ab excellētissimo dño magistro Egidio cum expositione et commēto magistri Gentilis de fulgineo nouiter castigatis et pluribus in locis emēdatis per magistrum Auenantiū de camerino artiū et medicine professorem.



¶ Carmina de vrinarum iudicijs edita ab excellẽtissimo domino magistro Egidio cũ commento eiusdem feliciter incipiunt.



Ste liber noue institutionis: studiose compositionis artificio ex auctorũ sciẽtijs elicitus est et exortus: in quo phisicalis scientie restant archana: qr secreta iudicia vrinaꝝ continentur: quem quidem quoniam lectoris animum erigit et extollit: nostrorũ amicoꝝ instãtie inscripsim⁹. De iudicijs vrinaꝝ et pceptoꝝ traditiones in hoc ope metrice describũtur. Metrica nãq oro succincta breuitate discurrens diffinitas specificãs alligata est certitudini. Ideoq confirmat memoriã: et corroborat doctrinam. Prosaica vo oratio, propria libertate subfugiens conturbat memoriã et ignoratie parit confusionem. Unde qui debẽt certa ratione censeri et exemplo commemorationisq caractere sigillari potius metrice breuitatis affectant compendium: q prosaice plixitatis dispendium. Fortasse igitur de versib⁹ incõpositis et de metri incõgruitate nos arguet lector importunus. Sed attendat, qm̃ phisicalium verborum causa lex est et ratio: q metrice orationis consortiũ vrine designant: vix. eñ multo conatu mansuescere vixq castigari potuerũt quin metrorum legibus arctarentur. Ad hoc aũt opere fugiant qui planetici sunt et discursores alienis fecibus imbuti: et a musandino dogmate recedant alieni. Socijs aũt nostris domestice fidei quoruꝫ gratia hoc opus suscepim⁹ huius noue institutiõis offerimus. Diuiditur. aũt iste liber in duas partes: in primã scꝫ: ꝛ in scdaꝫ. In prima igitur pte agit de iudicio vrinarũ ſm cognitionẽ coloꝝ ꝛ substantiaꝝ. In secunda agit de iudicijs vrinaꝝ ſm distinctionẽ suorum contentorũ.

¶ Deriuationem nominis vrine ponit.



Dicitur vrina: quoniam fit in renibus vna
Aut ab vrith greco: quod demonstratio fert
Aut quia quod tangit mordet desiccat et vrit.
Ut de lacte serum se lipidus eliquat humor.
Sic liquor vrine de massa sanguinis exit.
Sanguinis est vrina serum subtile liquamen.
Humorum: quos conficit ars regitiua secundi.
Et princeps operis: dum fit cribratio rerum.
Dum fit ab impuris pure discretio partis.

¶ Dicitur vrina. Expositio. In libro isto auctor ille intendens doctrinam tradere de vrinis in principio ponit deriuationem nominis. Urina ergo secundum sententiam illorum trium versuum deriuatur altera trium deriuatione. ¶ Prima deriuatio est illa. Urina dicitur quasi vna renibus quia in renibus formaliter generatur: quamuis in epate principium et substantiam assumpserit Assumit tamen in renibus secundum visum. vel quia magis fideliter habet significare super habitudinem renum quam aliorum membrorum. Hec est ergo sententia primi versus. ¶ Aut ab vrith. Secunda deriuatio ponitur in hoc versu: cuius sententia hec est: Urina dicitur ab vrith grece quod est demonstratio latine: quia per ipsam vrinam dispositiones humani corporis demonstrantur: vt sanitas egritudo et neutralitas: replectio et inanitio vel media habitudo et similia. ¶ Aut quia quod tangit. Hic ponitur tertia deriuatio vrine: et est talis Urina dicitur ab vro vris: quia habet virtutem vrendi et desiccandi. Et ideo dicitur valere contra pustulas etc. sicut expresse scriptum est in commento. ¶ Ut de lacte serum. Hic ponit quandam similitudinem inter serum et vrinam vt de ipsius vrine essentia doctrina clarior habeatur: scilicet sicut serum de lacte per grossarum partium expressionem sequestratur: ita liquor vrine de massa sanguinea eliquatur. ¶ Sanguinis est vrina. In hoc loco ponit diffinitio

nē vrine: que quidē diffinitio assumpta est ab vrinis isaac vrina est collamentū sanguinis &c. ¶ Cōmentū. Renibus vna qm̄ formaliter in renibus generatur & discernitur: licz prius in epate & substātiaz & colorē accipiat sm habitū: in renibus tñ assumpsit eā sm vsum: vel dicitur q fideliꝰ renū habitudinē denūciat ꝙ alioꝝ mēbroꝝ: vñ dr̄ vrina ab vrith grece qd̄ est demōstratio interioꝝ mēbroꝝ. Vñ cuz certificamur de interioribꝰ: tūc consulimus vrine indiciū. Et dicitur etiā q habet ꝟtutē desiccatiuā vñ valet ꝯtra serpiginē & cōtra pustulas & ꝯtra virge vlcerationē: & cuz felle accipitris collata ꝑ pannū maculā delet: potata etiā spleneticis cōfert. ¶ Ut de lacte serū. Hic notatur similitudo fieri inter serū & vrinā vt expresse d̄ essentia similitudinis vrine euidētiori ꝯpleatur doctrina: sicut aūt serū per grossaꝝ partiū expressionē de lacte excolatur: sic vrina de massa sanguinis eliquatur. Unde Theophilus quidā ꝟo eam similem sero vocauerit. ¶ Sanguinis est vrina q̇d sit vrina sit diffinitur i hoc loco: & est hec diffinitio q̇ hic assignatur bene consonās diffinitioni quam ponit Theophilus et isaac in libro vrinarum: que talis est. Urina est colamentum sanguinis et aliorum humorum ex actionibꝰ nature natum. Sed est hic notandum ꝙ nō est reuera serum: sed quasi serosa substantia cum sanguine eliquata. ¶ Humorū quos conficit ars regitiua scd̄i. i. virtus regitiua. s. scd̄e digestionis. ¶ Et princeps operis duz sit cribratio rerum. i. sequestratio que sequestratio fit in epate. Flegmatica nāq materia in primo motu ebulitionis generata ad pulmonē emittitur vt in flegma conuertitur. Colerica materia ad cistim fellis transmittitur. Melancolia deriuatur ad splenem. Sanguinea materia in epate sinceratur et mundificatur. Aquosa vero substantia: id est vrina cum sanguine ad renes deportatur: & per poros euritides resudat in vesicam.

¶ Ponit conditiones vrine.

Quale: q̇d aut q̇d i hoc: q̄tū quotiēs vbi quando
Etas natura: sexus: labor: ira: [illegible]ieta.
Cura fames: mot⁹: lauacrū. cibus. vnctio: potus
Debēt artifici certa ratione notari.
Si cupis vrine iudex cōsultus haberi.
Quattuor ex primis cum precipue dominentur.
Debet iudicij potior sententia sumi.
Integritas lapsus vitiū virtus minus aut plus
Et status hijs medi⁹ sit ab hoc examine certus.

¶ Expositio breuis Quale quid. Hic ponit cōditiones q̄ requirūt ad verū iudiciū vrinaꝝ vt manifeste declarat in cōmēto infra. ¶ Quattuor ex primis. Hic ostendit quas cōditiōes medicus debet precipue cōsiderare. Et dicit ꝙ primas quattuor cōditiones medicus primo et principal'r attēdere debet. s. ad qualitatē: subaꝫ: q̄titatē ꝛ ad cōtēta: q: existis quattuor cōditonib⁹ cū sint subales vrine sumit melior snīa in iudicādo. ¶ Integritas. Hic ondit vtilitatē q̄ habet ex iudicio vrinaꝝ dicēs ꝙ ꝑ iudiciū vrine cognoscit medicus sanitatē hoīs. egritudinē ꝛ neutralitatē: fortitudinē ṽtutis ꝛ debilitatē: inanitionē ꝛ repletionē ꝛ habitudinē: mediocrē: ꝛ h̄ est vtilitas q̄ habet ex iudicio vrine. ¶ Commentum Quale. q̇d. Formam iscriptionis vel speculationis declarat sibi. In hoc enim loco declarat et ostendit qui sunt in iudicio vrine. consideranda. Habenda enim est consideratio coloris sub̄e q̄titatis et contentorum: Et iste sunt naturales vel substantiales et intrinsece considerationes que ex ip̄a vrina ꝑpēdunt. Sūt ꝛ alie q̄dā accn̄tales vel extrīsece q̄ ex ꝑprietatib⁹ sub̄aꝝ eliciūt vt ex etate ꝯpletiōe ꝛ alijs q̄sequūtur. ¶ Quale Refert ad q̄litatē. i. ad colorē. Quid Refert ad substantiam. Diuersificat igit sub̄a i tenuitatem et spissitudinem et mediocritatem
Tenuitas in omnimodam tenuitatem: et in mediocrem

⁊ tenuē ſpiſſitudo in omnimodā ſpiſſitudinē ⁊ remiſſam diuidit. ¶ Qd in hoc Spectat ad dr̄iam cōtētorū. Quantū. Pertinet ad q̄titatē. Quātitas enī diuidit i mltitudinē: mediocritatē: ⁊ paucitatē. ¶ Quotiēs. Pertinet ad numerū effuſionis vel inſpectionis ſcʒ vtrū ſemel vel pluries ſit effuſa vrina. Nā ex frequētia vel raritate effuſionis plurimū inſtruimur ⁊ ex frequētia ſpeculationis plenꝰ certificamur. ¶ Ubi. Refert ad locū collectionis q̄ colligi debet in vaſe vitreo claro ad modū veſice facto vt ex vaſis qualitate oēs ptes vrine ſe viſui fideli oſtēdant ¶ Ubi etiā refert ad locū inſpectiōis: q2 debet inſpici in loco nō nimis radioſo nec obſcuro. Et ſi radius ſit ante oppoſitus opponēda ē manꝰ vt fiat meliꝰ diſcretio cōtētorum: ⁊ ne radioſitate viſibilis ſpūs habeat diſgregari. ¶ Ubi. Pōt etiā intelligi depoſitione cōtētoꝝ. ſ. vtrūʒ cōtēta i ſummo teneāt locū i vrina vel mediū vel infimū. ¶ Quādo. Refert ad tp̄s effuſionis qd eſt i hora matutinali: celebrata digeſtione. Tūc enī fidelioꝛ ē: ⁊ eſt nūciꝰ certꝰ interioꝝ mēbroꝝ. vel. ¶ Quādo. Refert ad tp̄s inſpectionis: ſtatim nāq3 eſt inſpiciēda. Et ſi affuerit opoꝛtunitas poſt eiꝰ reſidētia vaſe obturato ſcdo vel tertio ē inſpiciēda. Multotiēs nāq3 migit tenuis ⁊ poſtea inſpiſſat ⁊ ecōuerſo. Multotiens tenuis ⁊ remanet tenuis: vt in Theophilo legitur. ¶ Etas. Q2 alia debet eſſe i puero alia in ſene ⁊ alia in iuuene iuxta intēſionē vel remiſſionē caliditatis. ¶ Natura. ſ. q̄tū ad cōplexionē: i colerico nāq3 dʒ eſſe citrina ⁊ tenuis. citrina ex calliditate. tenuis ex ſiccitate. In flegmatico debet eſſe diſcoloꝛata ⁊ aliquātulū piſſa. In melācolico debet eſſe diſcoloꝛata ⁊ tenuis In ſanguineo coloꝛata ⁊ mediocriter ſpiſſa. ¶ Sexus Ad dr̄iam inter marem et feminā. ¶ Laboꝛ. Pertinet ad exercitiū coꝛpoꝛis. Ex laboꝛe nāq3 cū calefiat coꝛpus coloꝛatur vrina. p laboꝛē intellige ⁊ eius ꝯtrariū. ſ. qetē. ¶ Ira Pertinet etiam ad pturbationē eiꝰ aīe vnde mu

tatur vrina. Dieta. Quātū administrationē sex rerū nō naturaliū ex quib⁹ omnibus variaꝛ vrina. ¶ Cura. Quātū ad sollicitudinē ꝛ tristiciā. ¶ Fames. Quātuȝ ad indigentiā ꝛ potus ꝛ cibi ꝛ ieiunij. ¶ Mot⁹. Quātū ad quātitatem exercitij quoniam in quodam exercitij plus mouetur corpus et in quodam minus. ¶ Lauacrum ad differentiā balneoꝝ. Nā ex balneo sulphureo vel marino vrina coloratur ꝛ ex balneo aqua dulcꝫ discoloraꝛ. ¶ Cibus. In qualitate ꝛ quantitate immutat vrinam. Quātitas multitudinis ciboꝝ discolorat ꝛ crudificat vrinā suffocādo calorem naturalē. Paucitas ciboꝝ intēsam reddit inducēdo siccitatē ex cuius lima acuitur calor. Qualitas aūt si calidus frig. hu. ꝛ siccus et etiam si substātia subtilis vel grossa aut mediocris. ¶ Unctio. Quantū ad vnguēta: vt si vnxerit se oleo laurino vrina intēditur vel marciaton vel oleo iusquiami. vnde calor remittitur vel intenditur. ¶ Potus. Sua enī quātitate qualitate substantia et calore immutaꝛ vrina quātitate si multū biberit vel parū. qualitate. Si multū fuerit calidus vel frigid⁹ ꝛ similia. Substantia si fuerit stipticus vel diureticus. ex subtili namqꝫ potu ꝛ diuretico multiplicaꝛ vrina. ex stiptico ꝛ spisso mutatur ꝛ minuitur. Colore: vt si fuerit vinum rubeum vel albū ꝛc. huiusmōi enim consortium tingit vrinam ꝛ eam reddit sanguineam. Decoctio reubarbari et croci reddit eam croceam. ¶ Debent artifici. Idest medico consulto ꝛ discreto. ¶ Quattuor exprimis. Idest quattuor cōsideratis que dicimus substātialia. ¶ Integritas. Hic declarat que vtilitas habeatur ex iudicio vrinarū. ¶ Integritas. Quātū ad sanitatem. ¶ Lapsus. Quātū ad egritudinē vel neutralitatē. ¶ Uitiū. Quātū ad imperfectionē operationū. ¶ Uirt⁹. Quātū ad perfectionē. ¶ Minus. Quātū ad minutionem. ¶ Plus. Quantū ad repletionē. Status. Quantuȝ ad mediocritatē. ¶ Ad hoc examine. Id est iudicio vrine.

¶ Ostendit quod sint vrinarum colores.
Bis deni vrinam possunt variare colores.
Quos ex subscriptis poteris ppēdere formis
Nigrior vrine facies incōmoda febris.
Quartane soluit: mortem portēdit ꝛ vrit.
Si niger ad fundū residēs se deprimat humor
Matrix purgatur multi sentina fluoris.
In febre fert mortē nigra fetida pauca piguis.
Vesice vitio prorsus renūqꝫ remoto

¶ Expositio. Bis deni. ¶ Postqꝫ auctor docuit nos in generali cōditiōes que sunt attēdēde in iudicio vrinarū ꝛ quid sunt. hic ꝓsequitur de vna cōditiōe. s. de' qualitate ostēdēs quot sunt colores vrinarū dicēs ꝙ sunt viginti. Sed q̇ sint inferius declarabit. ¶ Nigrior vrine. Hic ꝓsequitur de coloribus vrinarū: et primo de colore nigro Sentina istoꝝ duoꝝ versuū est. hec. Urina nigra in colore tria significat. Unū. s. solutionē ꝛ liberationē a febre quartana: ꝛ maxime si sit multa in quātitate. Alterū ē ꝙ significat mortificationem caloris naturalis ꝛ tūc est nigra quadam nigredine circūfusa: ꝛ tūc ꝑcessit color liuid⁹ Tertiū est q: significat vltimatā adustionē ꝛ talis nigredo est sicut cornu lucidum: ꝛ tunc precessit color viridis. ¶ Si niger ad fundum. Hic ponitur alia regula de nigro colore: ꝛ solum pertinet ad mulieres que talis est Quotiens apparebit tibi vrina nigra cuꝫ nigro sedimine significat purgationē menstruoruꝫ quia humor niger ꝛ melancolicus effunditur in vrina ꝛ ipam denigrat. Et est notandum ꝙ talis vrina per residentiam attenuatur superius ꝛ inferius inspissatur. ¶ In febre fert mortem ꝛc. Alia ponitur regula de nigro colore. Quotienscunqꝫ in febre acuta appareat vrina nigra in colore: pauca in quantitate fetida in odore: vnctuosa in substantia. tunc

potes pculdubio morte͂ iudicare. Renu͂ tame͂ ⁊ lumboꝝ iudicio circu͂scripto: q: si esset vitiu͂ in renibꝰ aut in vesica minus esset vrina suspecta. Unde talis vrina potest appa rere ex passione renibus aut i͂ vesica. ¶ Co͂mentu͂. His deni vrina͂. In hoc. c. distinguu͂tur quot sint colores vrina ru͂. Sunt au͂t viginti. Et est multiplex color descriptio vel distinctio. Queda͂ na͂qꝫ fit coloꝝ distinctio s͂m quali tates. Alia s͂m natura͂ digestionis et decoctionis. Tertia s͂m proprietates humoꝝ. Sc͂dm qualitates fit hec distin ctio coloꝝ qm͂ alij sunt inte͂si: alij mediocres: alij remissi Remissioe͂s iudica͂tur a subcitrino inferius. Sꝫ inte͂sioe͂s a ruffo superius. Mediocres sunt citrinus et subcitrinꝰ ruffus ⁊ subruffus in quada͂ co͂plexione. Sc͂dꝫ natura͂ de coctionis fit hec distinctio coloꝝ: qm͂ alij significa͂t mor tificatione͂ vt niger viridis ⁊ liuidꝰ. Alij significa͂t indige stione͂ vt albus lacteus glaucꝰ ⁊ caropos. Alij principiu͂ digestionis sed no͂ perfecte vt subpallidus subcitriuus pallori vicinus. Alij pfecta͂ digestione͂ vt citrinꝰ ⁊ ruffus ⁊ subruffus. Alij excessuꝫ digestio͂is vt subrubeꝰ rubeꝰ sub rubicu͂dus rubicu͂dꝰ. Alij adustione͂ significa͂t vt mopos ⁊ kianos. Alij super adustione͂ ⁊ morte͂ vt viridis ⁊ niger. Si ꝓo obijciatꝫ ꝙ a nigro colore incepimꝰ ⁊ in eode͂ termina bimns. Ru͂deamꝰ ꝙ aliud est niger color q̇ fit ex mortifi catione que fit ppter frigiditate͂ ⁊ caloris extinctioneꝫ. Aliud est quo fit ex summa ⁊ vltima adustione: ⁊ ideo s͂m diuersitatem causaꝝ distinguenda est diuersitas ef fectuu͂ Distinctio s͂m humores euide͂s est. Nam quidam colores significa͂t colera͂: q̇da͂ sanguine͂ alij melancoliam alij ꝓo flegma. Sed ad significa͂dum humores debet fie ri coniugatio colorum subaꝝ. Primo ⁊ vltimo exequitꝫ auctor de nigro colore vt fiat processus de coloribus significa͂tibus mortificatione͂ vel frigiditatis inte͂sione͂ ad colores significa͂tes adustionem ꝑ colores significan tes mediocritate͂ ⁊ sic ab vna extremitate rationabi

liter pcedit ad aliā extremitatē. ¶ Bis deni. Idest vigi ti q ergo colores sint determinādū est iferius. ¶ Quos Idest colores. ¶ Ex subscriptis formis. Idest r līs.
¶ Nigrior vrine rc Quartane soluit: In hoc ca. agit de nigro colore rōe predicta. Niger aut color ī vrina tria po test sigre aut frigiditatē. s. mortificātē: r tūc debet esse vri na nigra cū quadā caligine circū fusa: ppter naturalis calo ris extictionē: r tūc precessit liuid? color: Aut sigt adustio nē cōpletā r vltimatā r tūc debet eē lucida sicut cornu lu cidū nigrū queādmodū apparet circa facies ethiopū qb? ppter adustionē qdā luciditas ī facie attrahit ex sangui nis adustione r vnctuositate ad faciē attracta. Uiriditas etiā pcedēs est signū manifestū q succedēs nigredo fiat ex adustione sanguinis. Sgt aūt niger color ī vrina r ma xime ī febre quartana: si multa fuerit ī qtitate quartane solutionē: r melācolici humoris purgationē. Melācoli ca nāqz materia nigra est r terristris r sui cōmixione de nigrat vrinā. Multā ideo dixi: qr ex purgamēto multo debet ml'tiplicari vrina. Et ideo si pauca appareat su specta est. Lra plana est. ¶ Soluit Idest solui sint
¶ Mortē ptēdit. Idest sigt mortificationē ex frigidita te itēsa liuore pcedēte. ¶ Adurit rc Id est adustionem sigt pcedēte viridi. ¶ Si niger ad fūdū rc. Alia rla de ni gro colore daf: r ē accōmodata mulierib? r nō ad alia subiecta euagaf: Urina nāqz nigra cū nigris sedimínib? īfundo apparētib? sigt purgatiōes mēstruorum ex eru ptiōe nigri r melācolici humoris Uñ tota vrine facies q dā denigratiōe respgif: s talis vria p residētiā īspissaf supi? r attenuaf iteri?. ¶ Matrix purgaf. Idest purga ri sigtur. ¶ Sētina. Idest lacuna. i. receptaculū. Sicut em̄ ad sentinā nauis discurrūt oēs supfluitates. ita ad matricē qsi ad quādā sentinā mulieris corpis deriuanf supfluitates. ¶ In febre ferti. Alia ponif rla de nigro colore Uria nigra ī colore pauca fetida r vnctuosa nihil

mali vesica habēte pculdubio mortē significat circūscri-
pto vitio renū ꝛ lūborꝝ. Et ideo dixi ꝙ talis pōt appare
re ex vitio renū vel lumborꝝ: ꝛ tūc minꝰ erit suspecta. Et
hāc regulā elegimꝰ a Theophi. in. c. de fetida. in fine sui
operis. Dicit em̄ ibi. Urina in febre accuta nigra fetida
pinguis nihil mali vesica habēte significat mortē. Et sub
iungit. Urina odorē habēs grauē significat mortificatio
nem ꝛ putrefactionē. In febre accuta fert mortē. i. signi-
ficat mortificationē. Nigra ex mortificatione: fetida ex
corruptione: pinguis. i. oleagina ex pinguedine ꝛ substā-
tialis humiditatis vel humidi eliquatione.

¶ De vrina nigra que nigrā habet nubem.

Multa die cretico: quā nigra et pendula nubes.
Largius obfuscat: sedimē qꝫ natatile turbat.
Auribus oppressis turbata pace soporis.
Sanguineū fluxū signat de nare futurum.
Sed si signa necis concurrant siue salutis
Iudicio mortis damnat vel liberat egrum.

¶ Expositio. Multa die. Hic ponit auctor aliam re
gulam de vrina nigra. Et non solum intelligit vrina illa
que per totum est nigra: sed etiā illa q̄ habet nigrā nubē
Ista est ergo regula. Quādocūqꝫ videbis vrinā nigrā vel
subnigrā in colore multā in q̄titate cum ipostasi nigra
excelsa aut natatili apparēte in die cretica superueniente
in febre causone cum vigilijs et aurium surditate: tunc
scias ꝙ crisis futura est per fluxū sanguinis ex naribus
ad salutem vel mortem. Ad salutē in concurrentibus bo
nis signis ad mortē concurrentibus signis malis. Ratio
nes illorꝝ commento ponūtur et preterea hic sufficiant.

¶ Cōmentū. Multa die. Alia ponitur rl'a de vrina ni-
gra vel subnigra per vrinā nigram vel subnigram nō tm̄
intelligimus illam solam: que per totuꝫ nigra est: sꝫ etiā
illam que nigram habet nubem: vel nigrum. vel subnigrū

eneorima ex quo facies vrine denigrat. Est ergo talis re gula. Urina nigra vel subnigra multa in qt̄itate appa- rēs et cū ipostasi nigra et excelsa et natatili formam tenens eneorimatis in die cretico supueniēs in febre causone cū vigilijs et surditate significat crisim futurā p fluxū sangui nis a narib9 ad salutē: si laudabilia signa cōcurrāt. Sed ad mortē si i laudabilia ¶ Multa die. Per hoc q mul ta vrina fuit in die cretica significat q natura mouetur in die crisis deputata ad purgādaz materiā: et fuit fortj ad purgādaz materiā p vrinā et ideo fuit ml'ta. q aūt eneori ma fuit pēdens in medio p hoc significat mot9 et disposi tio materiei. q vero excelsuz est eneorima indicat leuitas eiusdē q aūt nigra significat nimietas feruoris cōuertē- tis materiā in quandā adustionē. Sz adustio non nimis violēta demōstrat: cū eneorima est natatile et excelsum. Nā si eēt violēta et vltimata adustio humiditatē depasce ret et nihil resolueret: et totā vētositatē ꝯsumeret q̄ con- sumpta potius fieret ipostasis subsidens quam excelsa. ¶ Nota q vrina ml'ta turbosa in die septima adueniēs significat solutionē etc. solutionē breuē. Pauca vero signi ficat mortē in die septima. In eo q adsunt vigilie et surdi tates supuenerit: demōstrat q materia ignitur: et accuta resoluta i fumū ascēdit ad caput et vigiliaꝝ inqetudines et audit9 ipedimētū inducit. Et ipa materia cū sit accuta et penetratiua frāgit venulas nariū et p eas erūpēs ad flu- xū sanguinis de narib9 ꝓuocandū mouēdo et meat9 rese rādo laborat. Eadē materia sua siccitate et accumine suo desiccans cerebrū insaniā inducit. Eadē quoqꝫ materia p poros egrediēs neruos in trāsitu suo pūgit et mordicat et rigorē facit ꝓueniēs etiā ad cutē eā mollificat et sudorē inducit. Inde est qd dicit isaac in libro vrinaꝝ. Urine ni- gre vel subnigre eneorimata habentes excelsa significat crisim fieri cū rigore et sudore. Urina multa et nigra cum sudore et vigilijs subueniēte ipostasi nigra et natatili san-

guineũ fluxũ significat a naribꝰ. Eadẽ cũ laudabilibꝰ si-gnis morbi solutionẽ ꝑtendit. Unde. Theophilꝰ ĩ libro vrinaꝝ dicit vrine nigre eneorimata habẽtes excelsa signi-ficãt crisim futurã cũ rigore ⁊ sudore ⁊ insania ⁊ quãq; flu-xũ sanguinis de naribꝰ. Inde est qḋ dicit. Ipocras in qr-ta particula ãphorismo. A causone habito rigore supue-niẽte solutio fit. i. rigor supueniẽs soluit egritudinẽ. De vrina nigra dicit Ipo. in epidimijs: ĩpossibile est sanari infirmos in quoꝝ vrinis dominat nigredo: nisi in quibꝰ vrine exeũt ꝺm crisim. Idẽ ĩ eodẽ. Si auferãtur mẽstrua mulieribꝰ vrinis nigris supuemẽtibꝰ sanant. Itẽ Gal. sup epidimias Ipo. dicit ꝙ si aliqñ infirmꝰ in principio morbi facit vrinã nigrã cũ signis molestis et terribilibus et tñ sanat: si cõtingat eius virtutẽ esse cõstantẽ: ⁊ facilez anhelitũ. Itẽ qñq; in morbi initio vrina nigra venit cum timore accidentiũ ⁊ ꝑmanet vsq; in diẽ nonã. Sed postea veniẽte vrina nigra cum ipostasi alba virtute se expediẽ-te decoctionem morbi significat et egri. Salutẽ hoc ⁊c. Hoc certũ est ꝺm Ipocratẽ in libro amphor. s. scḋa ꝑticu-la vbi dicit. Acutoꝝ morboꝝ nõ oĩno certe ꝓnosticatiões sunt neq; sanitatis neq; mortis. Sed ꝯstãter scias vt di-cit. Gal. ꝙ significatio nõ cõcomitat laudabilis. Si an-gustia anhelitus et sudor in solo capite: et alienatio men-tis et ablatio desiderij: tunc scias ꝙ manifesta ruina na-ture et corporis egri periclitatio declaratur. Nota ꝙ di-cit Theophilus in vrinis ꝙ vrina in fe. causone. Si nigrã nubem habuerit significat transmutariꝰ in quarta nam per nigredinem significat adustionem materie: per nu-bem ventositas declaratur: et etiã ꝙ nõ sit tanta adustio quin aliquãtulũ de humiditate remaneat: que resoluta in ventositatem: sedimẽ eleuat in nubem. Materia igit cau-sonis expulsa a vasis ad fontes putrefit in eis et quarta nam inducit. Littera plana est his expositis.

¶ Ostẽdit cum qua substantia cõueniat niger color.

Congrua mixture cum spisso federa seruans.
Subtilis coitum refugit nigredo liquoris.
Ut tenuē tolleret q̄ non sibi concolor heret.
Impetrat euentus: casusq; facit violentus.
Non obstrusa parū deductio clausa viarū.

¶ Expositio. Cōgrua. ¶ In h̄ capitulo demōstrat auctor de nigro colore cū qua substantia ꝯueniat copulari naturaliter. Sententia istoꝝ quinq; versuū breuiter talis ē Niger color natural'r cū spissa substātia cōmiscet. s; cū tenui nūq̄ cōmiscet. ⁊ ratio ē: q̄a vbi ē nigredo ibi est obtenebratio ⁊ obscuritas: q̄ cōtingit ex ꝑturbatione partiū ⁊ ingrossatione. ⁊ ideo merito cū grossa substātia sociat s; cū tenui nō q2 tenuitus ꝯtigit ex partiū raritate: ⁊ nigredo vt dictū ē ex ꝑturbatione partiū ⁊ illa sunt ꝯtraria. Et ideo se insimul nō patiuntur. Et hoc intelligendū est naturaliter q̄m accidētaliter niger color cum tenui snbstantia aliquotiens copulatur. Sicut vrina nigra: spissa in substantia per loca opilata transiens est stricta: tunc ratione opilationis loci a sua grossicie spoliatur. Et si remanet tenuis. Et hoc est q̄d auctor intendit. ¶ Cōmentum. Congrua mixture. ¶ In hoc capitulo demōstrat cui substantie sit coniugalis niger color naturaliter. Et dicit ꝙ cum tenui substantia nigrum colorem impossibile est coniugari. Et hoc idem testatur Isaac in libro vrinarum de cuius fonte hanc doctrinā habuimus. Ubi nanq; est nigredo ibi tenebrositas ⁊ obscuritas que habet cōtingere ex ꝑturbatiōe partiū: ideoq; vbi est tenebrositas: non potest esse tenuitas: que contingit ex partium raritate. Inde est ꝙ nigredo non potest copulari naturaliter cum tenui substantia. ideo dixi naturaliter quia quādoq; recipit copulationem cum tenui substantia ex accidenti sicut ꝑpter enfrasim vrine. vt quando vrina naturaliter nigra trāsit per locum vbi est enfrasis:

quia in loco opilationis remanet grossicies. Et vrina a spissa substãtia spoliatur:et quãdam tenuitatẽ assumit Item vrina nigra significat intentionẽ sanguis & sue hu miditatis naturalis ꝯsumptionẽ ex intẽsione ignei calo ris:vel ex intensione calidi naturalis:vel ex cõgelatione ex frigiditate nimia vel propter humores melancolicos ꝑm crisim expulsos:quibus oibus vrine substãtia inspis satur. Ex intensione sanguis ꝑpter nimiã ebulitionẽ:ex cõgelatione ꝑpter nimiã frigiditatẽ. & expurgatiõe mate rie melãcolice ꝑm crisim ꝑpter substantie terrestreitatem cõmixtam cũ vrina. Et ideo non potest coniungi niger color cum tenui substantia.

¶ De liuido colore.

Liuida si fuerit. vel liuor particularis:
Uel totalis erit:per totũ liuida membrum.
Aut membri mõstrat humorẽ mortificari.
Aut sursum liueus variis accõmoda causis.
Paruꝰ emetriteus medius morbusqꝫ caducus
Aschilites sinochus vene ruptura catarrus.
Strangurie lapsus:matricis passio fluxus:
Coste.pulmonis vitium dolor articularis.
Comsumptiua ptisis vis extinctiua caloris.
Sint tibi liuoris cause quas collige signis.

¶ Expositio. Liuida si fuerit. ¶ Superiꝰ auctor deter minauit de nigro colore. hic determinauit de liuido q̃ est via & inchoatio ad mortificationẽ & caloris naturalis ex tinctionẽ. Et ideo liuidꝰ color nõ differt a nigro nisi ꝑꝫ remissionẽ mortificatiõis. Unde snia illoꝝ duoꝝ versuũ breuiter ẽ hec. Liuidꝰ color.i.plũbẽs:aut ẽ ꝑm totã sub stãtiã vrine:aut ꝑm partẽ vcꝫ in supiori pte vrine Si ꝑm totã substãtiã vrine:tũc aut facit residẽtiã &tũc inferiꝰ in spissaꝫ & superius subtiliaꝫ & clarificaꝫ tũc scias ꝙ talis

vrina per totum liuida talē residētiā faciēs significat hu
moꝝ mortificationē. Aut nullā facit residētiā: ⁊ tūc nō so
lū significat mortificationē in humorib⁹ esse infixā. sꝫ in
membris radicatā ⁊ hoc est qđ intendit. ¶ Aut sursuꝫ li-
ueus. Hic determiat de colore liuido apparēte in supio-
ri parte vrine dicens. ꝙ qñcūqꝫ apparebit tibi vrina in co
lore liuida in superiori parte vrine: significat egritudines
varias ⁊ diuersas vt puta paruū emittriteū ⁊ mediū ⁊ epi
lepsiam ⁊ alias: sicut in cōmento declarat. ¶ Cōmētū.
Liuida si fuerit. ¶ Post nigrū colorē agit auctor de li-
uido colore q: significat ꝑparationē ⁊ inchoationē ⁊ inul
timationē mortificatiōis ⁊ nō differt a nigro nisi in remis
sione maliciei. Liuidus aūt color in vrina ali⁹ est totalis
qui totam occupat vrinā. Alius est particularis qui partē
superiorem tantum inficit. Totalis liuiditas aut signi-
ficat mortificationem humoris et non membri aut si-
gnificat mortificationē humoris. Si igit significat mor
tificationē humoris ⁊ nō membri: tunc vrina debet per re
sidentiē inspissari ⁊ liuiditatem retinere: superius aūt cla
rificari ⁊ ab infectione humoris recedere. Si humoris ⁊
membri nulla residētia vrine vel humoris pōt aboleri. per
qđ significatur mortificationis vitiū nō tm̄ in humorib⁹
esse fixū. Sꝫ in mēbris esse radicatū hijs cognitis littera
plana ē: aut rursus liue⁹. ¶ Premisit auctor de totali li
uiditate. Nūc de ꝑticulari subiugit. ¶ Varijs accōmoda
Idest deputata ad varias ⁊ diuersas passiōes. ¶ Par
uus emictrite⁹. Notādū est ꝙ ꝑticularis liuiditas ex mul
tis causis potest prouenire: quia qñqꝫ ex mortifica tio
ꝑpter caloris naturalis extinctum: sicut in emittriteis
vel ex humoꝝ perturbatione sicut est in fluxu ventri: et
tunc vrina debet esse pauca: cum quibusdam humoribus
⁊ oblongis resolutionibus: cū quadā essentie impurita-
te: quod habet fieri quia terrestria ⁊ aquosa cōmiscētur
sibi vnde liuidus color succedit. Quandoqꝫ vero fit liui-
B

dus colo: ex spiritualiũ passione sicut i pleuresi peripleu
monia:empimate ⁊ ptisi. Patiētibus nāqꝫ mēbris spiri
tualibus mēbra nutritiua.s.stōachus ⁊ epar cōpatiūtur
eis trāsmittūt ergo spiritū ⁊ naturalē calorē ad iuuamē
tum eoꝝ. Unde spiritu ⁊naturali calore depauperata fri
gescūt.vnde ex debilitate caloris ⁊ impuritate scđe dige
stionis:cū transit eiꝰ sup̄fluitas.s.vrina quādā contrahit
liuiditatē. Uel aliter in pleuresi vel peripleumonia mul
ta ē collectio materiei sup̄flue spiritualia' opprimentis:
quādoqꝫ etiā naturalis calor insaniosaꝫ humiditatē trās
ducere contēdit:⁊ aliquid puluerulentū ⁊ cōtagiosuꝫ de
mala materia per venam deriuatur ad epar.⁊ sanguinē
inficit ⁊ spiritꝰ corrūpit. Unde vrina cū infectione spiri
tuū ⁊ sanguinis superius liuescit. Et si querať quare li
uescit potius superiꝰ q̄ inferiꝰ. Respōdēdū est sic.s.ꝙ fu
mositates ⁊ vapores cum vrina emissi cum sint corpo
ra aeria leuia superius habēt motū:⁊ vbi magis habitāt
ibi ostendūt suā infectionē. Fit quandoqꝫ liuiditas i epi
lepsia cum quadā plūbeitate in circulo q̄ significat infe
ctionē spiritualiū ex passione animatoꝝ mēbroꝝ in fino
cho etiā liuescit vrina ꝑpter sanguis corruptionē sangui
ne enim corrupto multum inficiuntur spiritus liuescit
etiam in aschilite propter digestionis secūde corruptelaꝫ
⁊ humoꝝ impuritatē in ruptura chilis vene et in omni
effusione sanguis liuet vrina ꝑpter humoꝝ perturbatio
nē:in stranguria ⁊ in catarro ⁊ in arthetica non est vrina
ex per liuiditatis qđ contingit ex spirituū infectione per
loca patientia transeūtiū ⁊ ex humoribꝰ quos contingit
perturbari ⁊ corrumpi vrine sorciūtur maculam liuidita
tis.i.recipiunt. Et in passione matricis liuet ꝑpter ean
dē causam:precipue cum matrix fit lacuna ⁊ sentina oiuꝫ
superfluitatū:⁊ hoc est qđ dicit: ¶ Paruus emittriteus
Tres sunt species emittritei de quibus alias sufficien
ter dicetur. ¶ Morbus caducus. Qui alio nomine ap

pellatur epilepsia. ¶ Aschilites Idest tertia species ydro pisis et dicitur ab aschi quod est vter: quia in ea vēter repcus sus resonat in modū vtris semipleni. ¶ Si nochus. Febris est continua de putrefacto sanguine intra venas. ¶ Uene ruptura: Sicut chilis vel alterius vene. ¶ Catarrus. Fluxus humorum a capite descēdentiū: ¶ Stranguriє cū fit opilatio vesice vel ex humore collecto vel ex apostemate. ¶ Matricis passio. Ut si patiatur matrix ex inanitione vel ex aliqua p̄cipitatione vel distentione secundum superiorem partem vel ex declinatione super latus dextrum vel sinistrum vel vertebrum. Fluxus scilicet vētris. ¶ Coste. quantum ad pleuresim. ¶ Pulmonis. Ex vitio pulmonis liuet vrina: tribus de causis scilicet ex stillicidio: reumatis vnde circulus est reumaticus et granulosus et dolorem circa spiritualia patitur ex repletione: et tunc sentitur grauitas et pondus circa spiritualia et dolor patris sinistre. Patitur etiam ex compressione a stomacho vel a splene vel matrice vel epate. vnde aliquid extorquetur a sp̄ualib⁹ ex sui comp̄ssiōe quod lapsum est ad gibbū epatis. et inde per capillares venas ad vesicam et vrinā inficit. Et distinguitur talis liuiditas per tumorē mēbrorum cōp̄ssorum tumorē faciētiū. Ex vitio epatis liuet vrina trib⁹ de causis ex repletiōe: ex opilatione. et ex debilitate virtutis. Quādo vero liuet ex repletiōe tūc distinguitur quod vrina spissa est et pōdus sentitur in dextro ypocundrio et dolor. Ex opilatione liuet vrina et tūc debet esse intēsa tamē mediocriter spissa. vnde vrina mopos tria significat vel opilationē epatis vel maiorem vel minorem emittriteū. In ruptura vene debet esse hec causa: scilicet. distictio circa epar. Ex debilitate liuet vrina quando infrigidatur epar et impuri humores et fumi generantur vñ colorat vrīa sicut ī ydropico. Ex vitio ī testinorum liuet quattuor modis. vel ex fluxu vtris vel ex emoroidibus lūbricis vel ex illiaca passione vel colica. Quando est ex

fluxuvētris tūc fit trib⁹ modis.s.ex nimia ex ꝯtinua hu
moꝝ discursiōe icolō ex quib⁹ aliqd corrūpit ex calore
naturali.Et ipso quidē corrupto icolon resudat et insi
det i collū vesice ꝛ inficit vrinā.vñ liuet qd distinguitur
q: tūc vrina turbilēta est ꝛ intēsa.Ex sanguine si ma
gnus est fluxus.Ex emoroidib⁹ magnifestū est.Ex lu
bricis q cōtēti sunt in intestinis ꝛ inuoluti in flegmate
qd est eoꝝ materia cui⁹ flegmatis corruptio in vesicā
redūdat ꝛificit vrinā qd distinguit ex remissa vrina ꝛ spis
sa ꝛ albis. lōgis resolutionib⁹ ex frigiditate cōdēsente
illas vel ex colore lūbricoꝝ:Et ex illiaca vel collica pas
sione liuet vrina qd distinguit ex torsione illaꝝ ꝑtiū.
Ex vitio matricis liuet vrina trib⁹ de causis:vel ex hu
morib⁹ vel ex fluxu mēstruoꝝ vel ex retētione ipsoꝝ:
Si ex humorib⁹ tūc distingue q: vrina est spissa ꝛ remissi
ꝛ corpuscula sunt liuētia in modū loture amidi ꝑ vrinā
diffuse Grauedo circa ꝑtes illas sentit. Ex fluxu men
struoꝝ liuet vrina vt in emoroiditib⁹.Ex retētione etiā
mēstruoꝝ ex quoꝝ impuritate inficit vrina.Ex vitio
vesice liuet vrina tripl'r.opilatione:excoriatione:ꝛ ruptu
ra.Si ex ruptura manifeste distinguit:qm̄ vrina spissa
ꝛ pōdus circa pectinē sentit.Si ex opilatione vel cale
fatione vel ex humore vel a cācro vel ficu.Si ex coria
tiōe furfura mingūtur ꝛ qñq; mingitur sanguis Ex vi
tio sinthomatū liuet vt in arthetica ꝑpter stillicidiuꝫ:
Et ine mittriteis ex duplicitate materiei.Ex ꝑturba
tiōe humoꝝ vt in cōtinuis.Ex apostemate spiritualiū
vt ipleuresi ꝛ ēpimate liuescit ex adustione Nā aereis
ꝑtib⁹ ꝛsubtilib⁹ euolātib⁹ remanēt terrestres ꝛ grosse
vñ liuet ex frigiditate ¶ Dolor articularis.Idest pas
sio.¶ Cōsumptiua ptisis.Idest q̄ fit ex vlcere pulmo
nis.¶ Uis extinctiua caloris.Id est mortificatio vt in
medio emittriteo ꝛ i maiori .¶ Liuoris cause q's.scꝫ.
causas.¶ Collige Id est ꝑpēde o tu medice signis scꝫ

specificātib9 p colectione aliarū circūstantiarū.

¶ Specificatio p alias cōditiones de liuido colore

Paucula vis micta liuēs oleagina mortem.
Stranguriam monstrat liuida pauca frequēs:
Liuida cū granis seiunctis atq3 minutis.
Constāter loquitur spirituale malum
Liuiditas athomosa malū pbat articulare.
Est quoq3 reumatici nuncia fida mali.
Vertebra si matrix cōprecerit aut diafragma.
Inficit vrine liuidus ora color.

¶ Expositio Paucula. Superi9 dixit autor q liuid9 color apparēs ī supiori pte vrine habet significare supra varias causas. hic specificat p alias cōditones adiūctas et sm hoc ponit regulas quaꝝ prima talis est. Quotiēscūq3 videbis vrinā liuidā in colore cū difficultate mictam paucā in qtitate: et oleaginosam ꝛ vnctuosam potes tūc mortē pculdubio indicare. Et nota q liuiditas puenit: vt dictū est rōne mortificationis: cū difficultate aūt micta puenit rōne desiccationis meatuū ꝛ viaꝝ. Pauca ratione ꝯsumptionis mēbroꝝ vnctuosa rōne liqfactionis pinguedinis. Talis ergo vrina significat mortē. ¶ Strāguriā. Alia regula. Talis vrina liuida pauca ꝛ frequēter micta significat strāguriā: rationes declarant in cōmēto ¶ Liuida cū granis. Alia regula. Vrina liuida apparēs cū granis minutis ꝛ separatis frequēter significat ī mēbris spūalibus passione. ¶ Liuiditas. Alia rła. Vrina liuida cū resolutionibus athomosis significat in articulis passionē. ¶ Est quoq3. Dicit q hec eadē vrina cum resolutionibus athomosis significat fideliter fluxum humorum ex reumate. ¶ Vertebra. Alia regula. Vrina liuida in superficie vrine significat cōpressionē matricis sup alterū vertebroꝝ: aut cōpressionem diafragmatis: ꝛ hoc

est qḋ dicit de liuido colore. ¶ Commentum. Paucula Hic ponuntur specificationes predictaꝝ causaꝝ quō determinari habēt ex alijs circūstantijs. Liuor namqꝫ particularis ꝛ vniuersalis nō determināt passionem nisi collectione facta aliaꝝ actionū vel occasionū: sed ex alijs adiūctis est magis veridicus. ¶ Paucula. Ex mēbroꝝ cōsumptione quod est signū vehemētie caloris mēbra cōsumentis ꝛ humoꝝ materiā depascentis: vnde cōsumpta humiditate: ꝛ succositate pauca remanēte ꝛ redūdāte ad epar vrina nō potest multiplicari. ¶ Vix micta. Ex meatuū desiccatione: ꝛ vrine indigētia. Liuēs. Ex mortificatione vicināte vel mediante. ¶ Oleagina. Idest vnctuosa ex pinguedinis eliquatiōe: talis inqꝫ vrina mortē significat. Hec supradicta vrina si liuida: cuꝫ paucitate ꝛ frequentia significat strāguriā. Strāguria est guttatim vrine effusio ex opilatione colli vesice: vel eiusdē acuitate. Liuida est in strāguria: qꝛ spūs transeunt per locū opilationis: ꝛ ideo trahit infectionem liuoris ex corruptis humoribus Pauca est ꝑpter emfrasim. i. opilationē grossorum humorū ꝛ viscosoꝝ: vñ nō pōt vesica sufficienter se exonerare in vna vice ex vrina. Defectū aūt ꝙtitatis supplet frequētia effusionis: ꝛ iō pauca est ꝛ frequēter micta. ¶ Cū granis. Idest in circulo manētibus: ꝛ in vrina residente permanētibus. Nā si statim euanescerent tūc potius ex alia causa fierentꝙ ex causa reumatica. ¶ Minutis. Id est puis in ꝙtitate. ¶ Spūale malū scꝫ passionē spiritualiū membrorū ꝛ toracis. ¶ Athomosa. Idest ex athomosis resolutionibus plena albis rotūdis ꝛ minutis: Sed quare sunt albe rotūde ꝛ minute in caplō de albis ꝛ minutis expedief ꝛ exponef. ¶ Articulare malū. Idest articuloꝝ passionē. ¶ Vertebra. Idest passiōes matricis qñ magis solito declinat in altero vertebroruꝫ vñ. fit compressio ex cōpressione vertebri. Et sic a matrice fit dolor ꝛ ex dolore ꝑuocatio reumatis superflue materiei: ex qui-

bus liuescit vrina vnde si matrix ex sui dissolutione sur-
sum diafragma cōpresserit vrina liuescit etiam.

¶ Sequitur de colore albo cū tenui substantia.

Albo subtilis vrina iugata colori.
Splenē: idropē: crapulā: nefresim: frenesim.
diabetem.
Artheticā colerāq; nigrā pedicon scotomiam.
Epatis algorem: cū febris caumate mortē.
In sene vim fragilē. vel defectū puerilē.
In lesis humeros: aut collū lippotomiam.
Quartanā febrē declarat et amphimerinam.
Matricis varias notat in muliere querelas.
Hec emoroidas: et condilomata signat.
Ut se iudicij fallax non inserat error.
Talis cruda pōt atq; indigesta vocari.
Clarior alba crisi nō precedente: profanam.
Cōtinuo frenesim: frenesis mortale propinquat

¶ Expositio. Albo subtilis. Superius determinauit auctor de coloribꝰ vrine mortificationē et caloris adustionē signtibus nūc cōsequēter ingredit de coloribꝰ signtibus indigestionē. Et primo de albo colore cū tenui subā copulato ondēs de ipo colore albo q̄d habeat sig̃re ponēdo rōes et specificatiōes ex aliis cōditionibꝰ sm q valde bñ scribit i cōmēto cōmētū. Albo subtilis Executo tractatu de coloribꝰ signtibꝰ mortificationē nūc exeq̄t de coloribꝰ signtibꝰ īdigestionē: et primo de albo sm cōiugationē albi coloris et tenui sube. s. ex q̄bus causis color albus fiat: et quō varief sm diuersitates subiectorum Et quid sit causa tenuitatis ad pñs pretermittimus ne dum introducētes lectoris tediosi siue litigiosi primicias offendamus. In hoc aūt. c. distinguuntur signa albe et tenuis

vrine: quarum significationes et specificatiões ex circũstãtijs debem⁹ ꝑpendere. ¶ Urina subtilis .i. tenuis i substãtia ¶ Jugata. Jdest copulata significat. ¶ Splenẽ. Jdest splenetică passionẽ. Splẽ em̃ nomẽ est mẽbri et passionis In splenetica passione vrina alba est: et subtilis .i. tenuis cũ quadã radiositate multitudo eueniẽs ex hõ tenuis iu uat. Et apud Theophilũ. Urina alba et tenuis et multa amphimerinã deficiẽtẽ significat. ¶ Querelas matricis Jdest passiones ex q̃bus mulieres cõquerũtur: eas maxi me q̃ fiũt ex retẽtione mẽstruorum spãliter si apparẽt cum squamis et nigris resolutionib⁹ qđ significat retẽtionem melãcolici humoris. s. sanguis qui niger est et terrestris. ¶ Emoroides et cõdilomata .i. morbũ existẽtẽ in ano vel apostemata in ano vel circa anũ parua. Emoroides sunt nomẽ passionis et membri. Quedã eni vene emoroide di cũtur: que a chili vena exorte ad pudẽdũ circulũ terminã tur: que vene quãdoq; tumescũt et distendũtur, ex multo sanguine in eis aggregato: et quãdoq; rũpũtur: ita ꝙ ab eis fluit sanguis per incõtinẽtiã: et talis fluxus dicitur flu xus emoroidarum. Alba et tenuis vrina si athomose et pulue ree resolutiões i fundo appareãt significat emoroidas et simil'r attricas et cõdilomata. ¶ Ut se iudicij. Hic assi gnat generalis significatio albe et tenuis vrine. Si enim fallaciã iudicij incurrere nõ velis: ꝑ talẽ vrinã significare debes indigestionẽ et debilitatẽ naturalẽ caloris et accidẽ tia q̃ ex indigestione emergi ꝯsueuerũ: sicut vẽtositatis interclusionẽ et ypocũdriorum tẽsionẽ: ventris et laterũ infla tionem: grauitatẽ crurũ et coxarũ et pigriciam totius cor poris: tam ad sensum ꝙ ad motũ voluntatium. grauedi nem et malam dispositionem capitis et p̃cipue sinistre par tis. Jnterclusio vẽtositatis fit quia cum calor debilis: sit resoluit humores et resolutos non consumit vnde ven tositas itercluſa turbulẽta generat que pulsans ypo cũdria et in ipsis attrata rõne vacuitatis ipsa disten-

dit:ꝛ ex inde fit inflatio ventris:ꝛ laterū ꝛ coxarū grauitas adest:qꝛ spiritus ex quaꝝ motu leuitas mēbroꝝ efficitur ex fumosa nebulositate a crudis humoribꝰ resoluta torpidi ꝛ obtusiores effecti in suis motibꝰ impediūtur: vel supfluitates que ex defectu naturalis caloris ī nutritiuis generātur vel motu sue grauitatis inferius diffluētes musculos coxarū ꝛ tibiaꝝ aggrauāt:ꝛ ī eis quasi sarcina q̄da sentit̄. Fumositatibꝰ etiā ad sensuū instrumēta respirātibus caloris naturalis accio negociat̄ circa locū: ī quo cōmune materia passiōis vnde locꝰ scōe digestiōis crudificatur:ꝛ vrina dealbatur. Est aūt tenuis qꝛ lumbis ꝛ renibus cōpressis ꝛ coarctatis vrina subtilior eliquat̄ a calore:ꝛ a substātia spoliat̄:ꝛ ideo tenuis ꝛ alba occurrit

¶ Frenesim. Sic specificatur:si ī febre acuta p̄cedēte vrina rubea vel subrubicūda:nō p̄cedēte aliquo signo digestiōs vel decoctionis materiei:nō facta aliq̄ determiatione cretica:vel p sudorē vel p fluxū sanguinis de naribꝰ:vł p ventris solutionē:rel p quacūqꝫ aliā creticā determinationē:si postea appareat alba et tenuis significat raptū materie ad supiora:que actione caloris leuigata ad panniculū cerebri primum axalat:vel ascendit. Fit igitur alba:quia nutritiua membra et spūalia: aniatis membris tanq̄ nobilioribꝰ compacientia:ad iuuamētū eoruꝫ spiritum et naturalē calorem delegant. vnde spiritu et calore depauperata frigescunt. Et iō calore abscente. vrina discolorata in eis apparet:quia materia que p sui presensentiam solebat vrinam colorare. rapta superius per sui absentiā:contrariā facit dispositionē. Et notanduꝫ ꝙ si ex fluxu sanguīs supueniēte per nares aut multo sudore in capite facto frenesis quieuerit. Et vrina tenuis et alba permanserit significat mortem. Unde Theophi. in capitulo de alba ꝛ tenui vrina postea subiungit. Si vero vrina talis fuerit ꝛ febris permanserit: eger ita dispositus moritur. ¶ Dyabetem. Scilicet significat alba et te

nuis vrina specifice. Si multa sit in quantitate et frequē ter micta. ꝛ cum carneis resolutionibus. Alba ē: qꝛ aquositas scđe digestionis cōtinue incessanter ad epate ꝑ venas capillares ꝛ a renib⁊ sugiť. per distēperātiā caloris ꝛ siccitatis: vnde viget in eis virt⁊ attractiua ꝛ desiderat refocillari ex attracta humiditate. Urina ergo nō pōt tātū morari in epate ꝑ cōtinuū trāsitū: quousqꝫ plenariū recipiat calorē. Sed cruda ꝛ indigesta deriuať ad renes. In renib⁊ aūt nō habet colorari vrina ꝓcipue cū ibi morā nō faciat vel paruam in eis morā faciat. Sed per poros erutides qui ex calore rarefacti sunt ꝛ relaxati ſtati resudat in vesicā: ꝛ ideo sepe et in multa quātitate mingitur. Est aūt diabetes īmoderata vrine effusio ex distēperātia renū in caliditate vel frigiditate. Fit aūt ex immoderato coitu vel cursu vel labore vel saltu. Hec vrina repleta est carneis resolutionib⁊ albis ꝛ oblongis: qꝛ substātia renū ex vehemētia caloris dissoluiť. ¶ Artericā. scꝫ significat alba ꝛ tenuis vrina specifice cū athomosis resolutionib⁊ albis rotūdis ꝛ minutis causas singulorū in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit vrina discolorata in artetica queri potest Et respondemus ꝙ materia vrine non est contenta in epate sed circa extrema vbi est causa passionis. Si queratur iterum quomodo resolutiones ille admisceantur vrine cum materia sit contenta in pede. Respondetur ꝙ hec est causa: quia virtus expulsiua vnius membri est attractiua aliorum per continuos meatus: scilicet expellendo adiuuat alia membra in attrahendo. Et sic ex virtute illius membri expulsiua: ꝛ ex virtute attractiua aliorum membroꝝ per continuos meatus resolutiones ille reuertuntur ad vias vrinales ꝛ vrine admiscentur. Fit etiam artetica ex distilatione reumatice materie a cerebro ad partes inferiores: ꝛ maxime ad istas que mobiliores sunt et nodosiores: in quibus ratione mobilitatis et nodosi-

tatis fortior est virtus attrictiua. Coleramqꝫ nigram. Idest melencoliam tenuis ꝛ vrina alba significat excessum melencolie alijs conditionibus circanscriptis. Alba est ex frigiditate melancolie: quoniā frigiditatis est dealbare. Tenuis est ex siccitate: quoniam siccitatis est attenuare. Nota ꝙ melencolica dupliciter disponit vrinam: scilicet ſm sui qualitatem: ꝛ ſm hoc reddit eam albam et tenuem glaucam: vel albam ex frigiditate: tenuem ex siccitate. ſm sabstantiam disponit etiā vrinam: ꝛ tunc reddit eam nigram ꝛ spissam ex sui cōmixtione sicut fit in solutione quartane. ¶ Pediton. Idest epilepsiam significat alba ꝛ tenuis specifice cum quadam plumbeitate et obscuritate substantie: que habet fieri propter compassionem animatorum membrorum. Discolorata est in epilepsia: quia natura compatiente mēbris animatis ꝛ non intenta circa epar digestio crudificatur ꝛ vrina dealbatur ¶ Scotomiam Idest tenebrositatem oculorum vertiginem significat alba ꝛ tenuis vrina vel glauca: et maxime si multum sit limpida ꝛ clara cum quadam viriditate et luciditate. ¶ Scotomia nanqꝫ potius fit ex humore melancolico ex quo resoluto grossa fumositas et nigra ascēdens cerebrum inficit: et spiritum visibilē obscurat. Est autem alba propter multam frigiditarem: clara est ꝛ limpida propter nimiam siccitatē. ¶ Epatis algorem. Id est distemperantiam epatis in frigiditate. Unde impedit digestionem propter frigiditatem epatis aquosi et crudi generant̄ humores. Unde vrina albificatur. ¶ Cū febris caumate. Idest in febre acuta causonica ꝛ augmastica significat mortem alba et tenuis vrina. Sed distinguitur si talis appareat: aut in principio: aut in augmento: aut in statu: aut in declinatione. Si ergo in principio talis appareat: significat crudelitatem materiei: et debilitatem caloris naturalis: et prolixitatem morbi. Unde ex tanta morbi prolixitate: natu

ra afflicta ⁊ debilitata infirmus succumberet. ⁊ inde timē
dum est de infirmi defectu: ⁊ hoc precipue si adsunt alia
mala signa. Sed forti existēte natura ⁊ aliis bonis signis
concurrentibus non significat mortem sed salutem ⁊ ter
minationem futuram per apostema factum sub dia-
fragmate. Si talis vrina appareat in augmēto vel in sta
tu precedēte rubicunda: duo pōt significare. Aut signifi-
cat frenesim. Aut extinctionem coloris naturalis ꝑpter
consumptionem naturalis humiditatis: que deficiente
sibi nutrimento anihilatur. Unde vrina discolorat: ⁊ vtrū
qꝫ signum est mortale. Si in declinatione talis appareat
vrina precedente cretica determinatione signum est salu
tis ⁊ cetera similia. ¶ In sene vim fragilem. ⁊c. Idest de
fectum virtutis ex senectute ⁊ imbecilitate caloris natu
ralis significat vrina tenuis ⁊ alba. ¶ Uel defectum pue
rilem. Idest defectū nutrimēti in mēbris. ¶ Lippoto-
miā. Idest sincopim significat alba ⁊ tenuis vrina. Et p-
uenit ex grossa fumositate resoluta a crudo humore ⁊ me
lancolico qui respirās intus ad spūales meat⁹ cōprimit
⁊ suffocat spm̄ vitalē in corde: q̄ oppressus caloris benefi
ciū nō pōt impēdere ⁊ cōferre partibus extremis ex quo
nō ascēdente ad cerebrū cū nō tēperet spūs aialis cessat
sensus in corpe: ⁊ motus voluntari⁹: ⁊ corpus aialis qua
si mortuū iacet. hoc aūt precipue significat alba ⁊ tenuis
vrina. ¶ In lesis humeros aut collū. Idest incipientib⁹
habere dolorē circa collū ⁊ hūeros nō ab extrinseca: cau
equaliter diſtat ab extremis. Et ſicut eſt medi9 ita ꝛ me-
diocritatẽ deſignat. Ex ſiccis humoribus vrina attenua-
tur: et ex humidis inſpiſſatur: ergo ex equali cõueniẽtia
et cõcurſu eoꝝ fit vrina in ſuba mediocris: vt magis ver-
gat in tenuitatẽ q̃ in ſpiſſitudinẽ. Equalitas ſube nullã
ſignificat in corpore fieri perturbationem. Nam quibus
vrine diſtantes ſunt hijs humorum in corpore fit pertur-
batio. Puritas ſube qñ ſcꝫ non eſt obſcura nec obũbrata
nec feculenta ſignificat naturalis caloris fortitudinem va
lentis humorem deputare q̃ ſi ruffa ſit in calore ꝛ medio
criter ſpiſſa cum pura et equali ſuba ſanum ſignificat. ſan
guinem ꝛ temperantiã humoꝝ ſignificat. Sed inequali-
tatem humorum: qꝛ ſignificat dominiũ ſanguinis. ¶ Co
los vrine vergẽs in ruffum. Ideſt expreſſe ruffus, vel emu
lus ruffedini. ¶ Puri auri. Id eſt ſimilis puri auri. i. eu
rizon. ꝛ dicitur eurizon ab eu quod eſt bonum et rizon
quod eſt aurum: inde eurizon ideſt bonũ aurũ: qꝛ auro bo
ne radicis aſſimulatur: non auro alezca vel aluea veniẽte
quod eſt pallidũ. ¶ Cui. Ideſt colori ꝑdicto. ¶ Se vnit
Ideſt copulat ꝛ aſſociat. ¶ Liquor. Ideſt ſuba. ¶ Eq̃li
ſcꝫ ſine aliqua perturbatione ꝛ nõ eſt diſtãs ſm om̃s ſui

partes. ¶ Purus. Ab oi nebulositate. ¶ Medi9. Id est mediocris inter extremitates. ¶ Talis incp.s. color. ¶ Denuciat. Id est exprimit. ¶ Ualidos. act9. Idest perfectā operationē virtutū ex tēperātia et equalitate humor corporis precedente: nō cuiuslibet: sz eucratici bene tēperati. In puero iuuene. &c. Alia ponitur regula de ruffo colore cū tenui substātia: qr in puero significat fe. cōtinua significat i iuuene. ¶ Triteū. Tertianā simplicē. Sz in sene flegmatico & muliere significat duplicē tertianā. ¶ Tempore longo. Precedēte febre circunscripta significat offensionem epatis. i. calefactionē. ¶ Febrē quatriduanā. Idest quartanā notā significat. sidiu talis vrina su pradicta appareat cuz febre: & hoc scilicet maxime habet veritatem in autunno & in hyeme. Rationes vero horum accidentium causa breuitatis pertransimus: quia in capitulo de colore citrino de hijs sufficienter explanauimus &c.

¶ Alia regula de colore ruffo.

Principio cause dum sunt noua semina morbi
Ruffa parū tenuis: cuius sūmmā regionem.
Nubes rara tenet: motu generata caloris.
De salso tipicā succēdit flegmate febrē.
Sed triteum morbo iam procedente figurat.
Spissa paruz iā nō triteū: magis inductiosam.
Indica ex salso: vel dulcis flegmate febrem.
Flegmatis at salsi mordax exuberat humor.
Et sine febre furēs enormes excitat actus.
Extremas pungens feruoris: acumine partes.
Si subruffa parū tenuis nec nubila fiat.
Et talem seruet constanti tempore formam.
Idropico talis portenditur exitialis.

¶ Expositio. Principio cause. ¶ Hic dat alia rła de colore russo cum sub̃a mediocriter tenui: et est. s. vrina russa in colore et mediocriter tenui in sub̃a in principio passiõis nebulosa et vmbrosa ex motu caloris per resolutionẽ fumositatis significat febrem interpollatã, de salso flegmate. Sed egritudine iam procedente significat tertianã. vñ sciẽdũ est q̃ si a principio morbi vrina magis accedat ad spissitudinem, q̃ ad subtilitatem: tũc sine dubio significat quottidianã solũ interpollatã supra de flegmate salso vel dulci: de salso si accedat ad spissitudinẽ. De dulci si incipiat inspissari. Et ista est sentẽtia. vij. versuũ vsq̃ ibi flegmatis at salsi. Alia regula. vrina russa in colore cum mediocri tenui substantia: non superius obũbrata: cũ impura et inequali sub̃a flegma salsum significat abũdare sine febre. Debet tamen ista vrina in superiori parte esse magis spissa: vrina ista reddit i colore medio mediocri. s. subrussa: q2 pro mediocri calore ipsius flegmatis salsi mediocris fit ebullicio: et sic mediocris color fit: non obũbrata q2 nõ est ibi febris. inequalis est substãtia q2 ex flegmate debet esse spissa et ex siccitate q2 salsum debet esse tenuis: et sic ex vtraq̃ redditur inequalis. s. superius et tenuis inferius. Et ideo notãdũ ẽ q̃ ex isto flegmate salso: et mordicãte et abũdãte attrahit ad extremitates. s. manus et pedes: et hoc rõne mobilitatis istarum partiũ. Unde vrina aliquotiẽs significat pruritũ per totũ corpus vniuersaliter: et aliquãdo particulariter: si ergo per totã vrinã appareãt resolutiões tũc per totũ corpus vniuersaliter: scabies iudicatur. Si vero in superiori parte vrine tũc in superioribus membris pruritus et scabies signi i media regione vrine tunc iudicium est nutritiuorum membrorum. Si vero appareant in infima regione tũc scabies et pruritus pedũ tibiarum et coxarum significat.
¶ Si subrussa. si talis vrina subrussa in colore: paruum tenuis in sub̃a: sine nebulositate appareat per lõgum tp̃s in ydropico: tũc significat destructionẽ et mortẽ: sic dicetur

incōmēto:ꝛ hoc cōuenit Ypoc. in pnosticis .dicit eni oīs nāq̧ ydrops ꝛc.in Theophi.¶ Cōmētū principio cause Alia regula ꝺ ruffo coloꝛe cū substātia mediocriter tenui.
¶ Duꝫ sunt noua semina moꝛbi id in pꝛīcipio,passiōis dum passio ad huc est noua ꝛ tenera.¶ Ruffa in coloꝛe.
¶ Parū tenuis. Idest a tenuitate remissa.¶ Nubes. rara. Idest.nebulosa q̄dā vmbꝛositate motu caloꝛꝭ ꝑ reso lutionē fumositatꝭ gn̄ata.¶ Tipicā. Idest interpollatā.
¶ Triteum. Idest tertianam .¶ Moꝛbo accedente.
Idest iam materia digesta. Sed si a pꝛincipio appareat parum spissa idest magis accedens ad spissitudinem q̄ ad tenuitatē iā nō significat nisi quottidianā:ꝛ sublata ē equocatio tertiane.¶ Indiciosaꝫ. Idest interpollatā ꝺ salso flegmate,si accedat ad spissitudinē.¶ Uł dulci. Si ī spissa incipiat.¶ Flegmatꝭ at salsi. Ponit rła de ruffo coloꝛe cuꝫ mediocriter tenui suba.quā sic collige. Urina in coloꝛe subꝛuffa:ꝛ i suba mediocriter tenuis:ꝛ nō supe rius obūbꝛata.cū impura ꝛ inequali substātia flegma sal sum sine febꝛe significat abūdare. Sed in supioꝛi pte de bet esse magis spissa:ꝛ ex eq̄litatibꝰ flegmatis salsi vꝛina reddit in coloꝛe mediocris.s.subꝛuffa.qꝛ pꝛomediocri ca loꝛe flegmitis midiocriter fit ebullitio:ꝛ pmediocri ebul litione fit mediocris:ꝛ nō est obūbꝛata:qꝛ nō est accēsio febꝛilis caloꝛis . inequalis est in suba:quia ex flegmate debet inspissari:ꝛ ex siccitate attenuari:ergo pꝛo vtraq̧ reddit īequalis substātia.s.superius:ꝛ inferius tenuis.
Spissa est vꝛina superiꝰ:qꝛ cū ip̄a vꝛina effundit aliq̄d spi ritus ꝛ fumositatis:ꝛ qꝺ leue est de natura petit supioꝛa qꝺ ꝟo in vꝛina est subtile ꝑ spiritus ascēdit ꝛ pfoꝛatur ab illis:qꝺ ꝟo superius est natat pvꝛinā impellitur ergo ad superficiem materia:ꝛ inspissatur vꝛina.,item ex medio cri caloꝛe illius flegmatis aliqua fit ebullitio: et per eam alique partes resoluuntur ex humoꝛe:que leuigate et in spissate petunt supficiem.¶ Moꝛdax.i.moꝛdicans mē

bra ⁊ pũgẽs ꝓpter colericã infectionẽ. ¶ Enormes act⁹ i. pruritũ ⁊ scabiẽ. ¶ Extremas partes. Sicut man⁹ ⁊ pedes et crura. Ad istas em̃ partes ratione mobilitatis potius attrahuntur ⁊ pellũtur sup̃fluitates. Sed distingue quia quandoq̃ vrina significat vniuersalem pruritum multum totius corporis quandoq̃ particularem: vt in supremis partibus vel in in fimis vel in medijs l. Si ergo appareant resolutiones in suprema parte vrine tunc superiorum partium significatur pruritus. Si in media nutritiuorum. Si inferius coxarum crurum ⁊ pedum. Si aũt per totã vrinam appareãt resolutiones: totius corporis scabies ⁊ pruritus iudicantur. ¶ Subruffa. Idest parum tenuis. quia sine febre. ¶ Nõ nubila. Idest non nubilosa. ¶ Cõstanti tpe. Ut ꝓpter perseuerantiam malicia designetur. ¶ Idropico. Idest leucofantico. ¶ Talis. Idest ruffa vel subruffa. ¶ Portenditur exitialis. Idest funesta et perniciosa: quia febrem significat accendi in humoribus facientibus idropisim: qui cum multi sint prius consumitur. subtilis humiditas calore febrili q̃ ipsi recipiãt aliquã diminutione. Omnis nanq̃ idrops in accuta egritudine malũ vt dicit Ipo. in pnosticis. Infestat em̃ patiens fe. grauedine et dolore ⁊ triplex funiculus difficile rũpitur: ⁊ ideo exitialis: idest mortalis est in idropico talis vrina: quia significat speciem idropisis incurabilem: scilicet ascblitem et timpanitem. Item habetur apud Theophilum dicentem vrina ruffa in idropico mala: quemadmodum aquosa vtilis.

¶ De ruffo colore cũ substãtia mediocriter spissa.

Ruffa parũ pinguis: retinẽs vmbracula nubis.
Indicat accẽdi febrem: de flegmate dulci.
Infra subsist ẽs color. ⁊ substãtia constet.
Flegmatis excessus dulcis sine febre notatur.

Ruffa parū pinguis: tenuis vel liuida constans.
Mēbra q̄bus fiūt spiramina: flegmate dulci·
Vel salso mōstrat. certa ratione grauari
In muliere magis portendit ꝑbra monete.
Si color est ruffus. pinguis substantia. febrē.
Signat cōtinuā de flegmate vasa tenentem.
Si sit causa recens. ⁊ summū liuor obumbret.
Aut minor innuitur. aut pluresis insinuatur.
Si vetus. ascblites magis. aut empima notat.
Debile reumata membrū turbāte querela.
Disponi poterit pinguis. ruffiq3 coloris.
Si spumosa magis fiat cinerisq3 coloris.
Emula distincte liuēs. subruffa remissa.
Ad loca pulmonis morbus lateris peregrinat
Pinguis. ruffa parū liueus. oleagina crinis.
Obsita sit febris ethice ligata fidelis.

Expositio. Ruffa parū: Postq̄ determinatū est de ruffo colore cū tenui suba. ⁊ mediocriter tenui: hic datur regula de ruffo colore cum substantia mediocriter spissa. Regula est ista. Quādocūq3 videbis vrinā i colore ruffam: in suba mediocriter spissam ⁊ superius obūbratā cū non pura et inequali suba: iudica quottidianā de flāte dulci. ¶ Infra subsistens. Si aūt color remittat ⁊ sit subruffus ⁊ remaneat suba mediocriter spissa: tunc significat abūdātiam flātis dulcis sine febre. ¶ Ruffa paruз pinguis. Alia rla Quotiēscūq3 videbis vrinā ruffam in colore in suba mediocriter tenuē: vel spissam. et sit in superiori pte liuida longo tpe talis perseuerās. sigt flegma dulce vel salsum inspūalibus abundare. ¶ In muliere. Si talis vrina. appareat in muliere hic color sigt matricem pregrauatā ex flāte salso vel dulci: q2 quidam meatus cōes sunt vijs

vrinalibus τ matrici. Et tunc apparēt in vrina quedam resolutiões: qñqꝫ albe qñqꝫ nigre squamose. τ nō distinguit liuiditas in vria nisi cū man⁹ appositiōe: ꝑpter hoc q2 ruffus color impedit: et tunc cū in matrice materia est cōtēta adest dolor i dextro ipocūdrio cū inflatiōe quadā τ extēsione. ¶ Si color est ruffus. Alia rl'a de ruffo colore cū substātia p totū spissa: τ est ista. Quādocūqꝫ videbis vrinā ruffam vel subruffam in colore: τ in suba p totū spissam: obūbratā τ obscurām sine liuiditate: tūc iudica febrē continuā de flegmate naturali intra vasa putrefacto τc.
¶ Si fit causas recēs Alia rl'a. Quotiēscūqꝫ videbis vrinam ruffam in colore: i suba per totū spissam liuidam superius manu opposita sine resolutiōibus furfureis tpe pauco ꝓcedētē. minorē emittriteum iudicabis. Est autē minor emittrite⁹ ſm quod vult auctor sequēs petri musandini autoritatē ex colera putrefacta extra vasa ex flāte intra. Ex colera vrina debet colorari τ ex flegmate discolorari ꝑ eoꝝ mixtione cum vrina. Et ita ex vtroqꝫ reducit ad mediū colorē. s. ruffum vel subruffum. Liuida est istavrina superius ꝓpter humoris corruptionē. Et quia humor corrupt⁹ est paucus τ etiā ruffedo vrine impedit nō apparet liuiditas nisi opposita. Hec sunt accidētia q̄ ↄcomitātur. s. frigiditas extremitatū ad horā vespꝛtinā vñ lꝫ colera dominium habeat a tertia hora diei tamen ꝓpter flegma putrefactū a motu ꝓprio retardata legem ipius flegmatis sequit τ hoc scriptum est in commento.
¶ Aut pleuresis. Alia rl'a. Urina ruffa in colore in suba per totū spissa: liuida super⁹ τ turbulēta i recēti tpe significat pleuresim. Et est sciēdū quod pleuresis vt vult Gal. in. ij. de crisi. quattuor sunt accidētia sibi propria. Unū est dolor lateris pūgitiu⁹. scd̄m est febris cōtinua. tertiū est tussis ideficiēs quartū est difficultas ispirādi. Que vero sit differētia iter vrinā significantē minorem emittritem τ vrinā sigñtē pleuresiꝫ satis hꝫbet in cōmēto

¶ Si vetus aschilites. Alia regula. Urina ruffa et superius liuida longo tpe pcedente significat ydropisi aschilitem vel empima cũ dispnia. ¶ Debile. Urina ruffa in colore in suba spissa superius liuida et granulosa sigt materiã reumaticã ad mẽbra debilia descendẽtem et apostema facientẽ: puta sub assellis: et in inguinibus: et etiã in mẽbris gñatiuis: in quibus ppter plurimã neruositatẽ viget sensibilitas doloris: et ois dolor exacuit reuma: vt vult Gal. ¶ Si spumosa. Alia rl'a. Urina subruffa in colore a media regiõe superius: distincte liuẽs et q̃si subcinericia mlt̃u spissa vel spumosa in pleuresi: p̃cedẽte ruffa intensa sigt conuersionem pleuresis: in peripheumoniã. Fit autẽ in vrina subruffa per trãslationẽ materiei a loco sensibili ad locũ quasi nõ sensibilẽ. s. mẽbrum flegmaticum videlicet pulmonẽ. ¶ Pinguis ruffa parum. Alia regula. Urina ruffa in colore: in suba spissa: magis tamẽ superius q̃ inferius opposita manu in superficie liuida et oleagina cũ crinoidibus et resolutionibus multo tempore pcedente sigt tertianã speciẽ ethice. ¶ Cõmentũ. Ruffa parum. Expeditũ est de ruffo colore cum tenui suba: vel mediocriter tenui. Nũc aũt pponit rl'a d ruffo colore cũ mediocriter spissa suba quasi icipiẽte inspissari que sic collige. Urina ruffa in colore: mediocriter spissa in suba: superius obumbrata: cũ non pura et inequali suba: significat quottidianã de flegmate dulci. Si aũt sit subruffa manẽte eadem substãtia significat abũdantiã flegmatis dulcis sine febre. Et, distingue sc3 q̃ illud flegma dulce habet immutare vrinam duobus modis: sc3 suba vel sui admixtione: et tunc cum sit illud flegma albũ et spissum reddit eã sc3 vrinã albam et spissam minus tamen albã q̃ flegma naturale: et magis spissam q̃ flegma salsum: cũ maiori humiditate participet: quia qualitatibus sanguineis est infectum. Item flegma dulce immutat vrinã ex qualitatibus suis: et reddet eã ruffam et subruffam et spissam p medio

cri calore suo: ex quo mediocris fit ebullitio: et ex medio-
cri ebullitione cõtingit mediocris color. Est spissa ppter
humiditatem. Est inequalis sube: q: nõ est equaliter spis-
sa per totũ. Spissa sigt fieri pturbationẽ ex qua pturba
tione generatur fumositates multe ꝛ ventositas emissa
cum vrina diuellit: et impellit humores p vrinã ꝛ per ides
fit inequalitas substãtie: cũ magis impellatur de humo-
ribus in vna parte ꝙ in alia impuritas substãtie sigt de-
fectum caloris naturalis nõ valentis deputare vrinã: que
sunt accidentia dulcis flegmatis vel salsi in libro nostro
de sinthomatibus requiras. ¶ Parum pinguis. Idest
mediocriter spissa: quasi remissa accedẽs ad spissitudinẽ
aut incipiens inspissari. ¶ Infra subsistens. Idest ruffa
vel subruffa. ¶ Ruffa parũ tenuis. Alia ponit rl'a de ruf-
fo colore cũ mediocriter tenui substãtia vel mediocriter
spissa: q̃ sic collitur vria ruffa in colore. in substãtia medio
criter tenuis vel spissa: lõgo tẽpore liuida pseuerãs: in su
periori pte flegma salsum vel dulce in spũalibus exñs in
pinguibus abũdare sigt. Si mediocriter tenuis sit vrina
fit de dulci flegmate. Si mediocriter sit spissa ꝛ adsit fe-
bris: fit de materia in spiritibꝰ cõtenta. Sꝫ flegma salsum
vel dulce in spũalibus exñs: ex calore eoꝝ ꝛ modo ebulli-
tionis corrũpitur facile: ergo reddit eam per totã liuidã.
Sed liuiditas illa ppter colorẽ vrine ruffe vel subruffe nõ
est pceptibilis nisi facta manus appositione: ꝛ tũc debẽt
hec accidentia cõcomitari. s. tussis: strictura pectoris: et
angustia respirandi Si talis appareat in muliere hic co
lor significat matricem p̃grauari a salso flegmate vl' dulci
habet namq matrix cõmunes meatus cũ vijs vrinalibus
et tunc ad sunt quedã resolutiones: que sunt quandoq
nigre squamose et nõ est distinguendũ de liuiditate nisi
cum manus appositione. Et adsunt etiã hec accidentia
cum materia in matrice ɔtinetur. s. dolor in dextro ypo-
cũdrio cũ extẽsione ꝛ inflatiõe quadã. ¶ Cõstans. Idest

permanēs diu talis. ¶ Quibus fiunt spiramia. Idest mēbra spūalia que deseruiūt spirationi. ¶ Probra monete. Idest vitiū matricis ex repletione superfluitatum. Matrix moneta dicit metaphore q: sicut super incudē moneta tūdit: sic in matrice fetus monetat. Matrix plerūqꝫ onerat ex flegmate salso ibi existēte pter naturam ꝛ corrūpit. ꝛ redūdēs per venā cōcauā ad epar sanguinē inficit. ꝛ p meatus vrinales redūdens ad vesicā vrinā inficit: ꝛ liuidā reddit ex sui amixtione. Sunt aūt meatus vrinales cōiūcti ꝛ alligati matrici: ꝛ tunc apparēt q̄dam resolutione quādoqꝫ albe quadoqꝫ nigre et squamose. nec dstiguitur liuiditas nisi apposita manu q: subruffo colore dilitescit: hec accidētia debēt adesse: scꝫ dolor sub sinistro ypocūdrio cū extēsione quadā ꝛ inflatiōe. ¶ Si color est ruffus. Alia regula d ruffo colore cūprorsus spissa suba: quā sic collige. Urina ruffa in colore: vel subruffa in substantia per totuꝫ: spissa superius per totum obumbrata ꝛ oscura: sine liuiditate quottidianam significat de flegmate naturali. ¶ Itē alia regula. Uria ruffa ī colore: substantia per totuꝫ spissa apposita manu. in superficie liuida: sine resolutionibus furfureis pauco tempore procedente significat minorem emittriteum. Fit auteꝫ minor emittriteus ex colera putrefacta extra vasa et ex flegmate intra. Et ex colera debet vrina colorari. Sed ex flegmate debet discolorari. ergo ex vtraqꝫ in colore dꝫ fieri mediocris: scilꝫ subruffa ꝛ ruffa est superiꝰ magis spissa propter assignatam causam quam premisimus de vrina significante quottidianā interpollataꝫ de flegmate salso. Liuida in super ficie est propter corruptionem humoris: ꝛ pter incidētē ebullitionē: ꝛ q: paucus est humor corruptus ꝛ pter vrine ipsius ruffitatē non potest distigui liuiditas: sine manu opposita. Et hec accidētia debēt concomitari: scilꝫ frigiditas extremitatum ad ho-

ram vespertinã: et hoc propter colorẽ putrefactã extra venas cuius fit domiũ a tertia hora diei: tamẽ appriis motibus retardat propter flegma putrefactum in vasis. Et sequit legẽ flegmatis et sunt in summo labore vsque mane: quia de vtraque materia affliguntur: et tũc vsque ad horã tertiã sunt i summo labore: quia duz altera materia putrescit alia pparat ad putrefactionẽ: et a tertia hora vsque ad horam vespertinã sunt in falsa qete. quia tũc de altera affligit et tũc insurgit paroxismus Et in accessione iacet oculis clausis et palpebris oppssis: nec oculos aperit. nisi vocet: et hoc accidit propter fumositatẽ resolutã: humiditate fumosa petẽte caput et relaxãte palpebras oculorum. Nõ hos latet sentẽtia ferrarii et plateari: et magni Johãnis de sancto paulo. q asserebãt minorẽ emittriteũ de colera intus putrefacta et flegmate extra. Sed eorum sentẽtie sunt dimittẽde. Et Petri musãdini auctoritatẽ seqmur. ¶ Si sit causa recẽs. Alia regula de vrina ruffa in colore: in suba per totũ spissa. superius liuida et turbulẽta in recenti causa: pleuresim significat: quã consequũtur: hec accidẽtia scz febris acuta dolor lateris pũgitiuus: tussis indeficiẽs difficultas inspirãdi. Sed quare hec sint in regulis de vrina significãte materiã in spũalibus determiatũ est ! Sed nota hanc differẽtiã inter vrinã significãtẽ minorẽ emittriteũ et vrinã significãtẽ pleuresim. Nam in pleuresi magis distinctã: habet liuiditatẽ quam in minori emittriteo: Et in pleuresi nõ est tipus qui est in miori emittriteo. ¶ Si vetus. alia regula. Urina ruffa et liuida superius lõgo tpe pcedẽte ascitilitẽ significat vel vitiũ empimatis cũ vitio disnie vnde vero habeat liuere in ascitilite requirẽdũ est in pdictis. ¶ Debile. Alia regula. Urina ruffa in colore in substãtia spissa superius liuida et granulosa significat apostema in inguinibus vel sub assellis aut in membris genitalibus in quibus propter plurimã neruositatẽ vergit sensibilitas doloris. Ex dolorẽ prouocatur impetus reum

tum. Omnis nãq3 dolor exacuit reuma vt asserit. Gall.
¶ Si spumosa. Alia regula. Urina subruffa in colore re
missa in subruffitate: τ a media regione superius distincte
liuens τ quasi subcinericia multũ spissa vl' spumosa i pleu
resi: pcedẽte ruffa intensa significat cõuersionẽ pleuresis
in peripheumoniã. Fit aũt subruffa per trãslationẽ mate
riei a loco sensibili ad locũ q̃si insensibilẽ. s. ad mẽbrũ fle
gmaticũ. s. pulmonẽ a medio superi9 est quasi liuida pro
pter incidẽtẽ ebullitionẽ: τ ex corruptiõe materiei τ ex cõ
uersione ei9 insaniẽ: cui9 pars ad vrinales meat9 ad venã
cõcauã trãsmititur τ per vrina purgatur: que ebullitio le
nigata τ purgata a spiritu ĩpulsa supficiẽ vasis petẽs red
dit eã talis coloris. Subcinericia est ex resolutione par
tiũ pulmonis. Pulmo eñi est q̃si subcinericij coloris: sed
spumosa ẽ ex motu pulmonis assiduo. ¶ Pinguis: ruffa
parũ. Alia regl'a. Urina ruffa in colore: in substãtia spissa
magis tamẽ superi9 q̃ inferi9 apposita man9: in supficie
liuida τ oleagina: cũ erinoidib9 resolutionib9 lõgo tpe si
gnificat tertianã speciẽ ethice longo tpe pcedente. iõ ad
ditur: quia febris hec cum sit habitudinalis: non aduenit
nisi cum longo tempore talis color fit ex colore mẽbri ex
quo cum fiat aliqua ebullitio in membris talis ptenditur
color. Quod appareat liuida fit ex corruptione substãtia
lis humiditatis. Quod appareat oleagina fit ex pingue
dine a mẽbris resoluta: τ in vrina supernatãte. Sed non
potest distingui vntuositas vel liuiditas nisi manus fit
apposita propter paucitatẽ ipsius pinguedinis: τ ppter
ruffum colorẽ ipsius vrine. Crinoides resolutiones fiũt
ex calore infixo membris τ eoru3 parte dissoluente. Hec
accidentia cõcomitantur. s. color continuus propter con
tinuam distemperantiam membroꝝ: sed tamen lentus q2
non fit ex materia sed ex humore. Calor in nodis ma
nuũ τ pedum ex colerica fumositate procedente a spũali
bus. Rubor ganarum ex colerica fumositate eas infla

mante. dolor sinistre spatule: q: cū sit alligata cū spūalib9 quasi contrahitur ꝛ desiccatur. Soluit ergo cōtinuitas ꝛ sit dolor tussis varia: qñdoq; sit tussis sicca ꝑpter siccitatez: quādoq; humida ex aliqua sup̄fluitate ꝯtēta in spūalibus. Macies totius corporis ex calore mēbris infixo cōsumēte mebra ꝛ dissoluēte. vngues aūt attenuāt ex reuerberatione vaporis. vnde in medio ꝓpellūtur ꝛ in lateri b9 cōstringūtur. Littera plana est ex p̄dictoꝝ determinatione. ¶ Pinguis. Nō vnctuositate ſ; spissitudine: pinguis nāq; i hac facultate equocatur. ¶ Cōtinuā nō quālibet ſ; quottidianā de flegmate naturali. ¶ Reumatica sicut i apostematib9. ¶ Empima. Idest sputū saniosū ex emoroide p̄cedēte. ¶ Morbus laterisq;. Idest pleuresis. ¶ Peregrinat. Id est trāsferri significat. ¶ Crinis. Que sunt. s. crinoides resolutiōes. In tractatu de cōtentis sufficienter dicemus. ¶ Febris ethice. Quantum ad tertiam speciem.

¶ De colore rubeo.

Clara rubens triteū: duplicē: vel epar calefactum
Quartanūq; potest insinuare tipum.
Hec mora vel breuitas: nubes: tp̄s: status: etas
Hec ꝓbat infirmi passio: forma: locus.
Ut stabili pede vadat sententia sunt hec.
Omnia iudicio discutienda tuo.

¶ Hic de colore rubeo. Regula vrina in colore rubea in substātia mediocriter tenuis obumbrata sup̄ius ꝛ magis spissa q̄ inferius significat duplicē tertianā. Et tunc ista accidentia cōcomitātur. s. dolor capitis maxime i dextera ꝑte: vbi est dominium colore: sitis amaritudo oris tinnitus aurium. Et est notādū ſm diuersitatez subiectoꝝ i vrina h; varias ꝛ diuersas significationes quia talis vrina in iuuene ꝛ colerico simplicem significat tertianam in puero continuā. ¶ Uel epar. Eadem vrina rubea ꝛ clara

ex longo pcessu tpis apparens: et febris nō adsit calefa-
ctionē epatis significat: sigt etiā quartanā notā. Et omia
ista discernūtur p ɔditiōes cōsideratas sicut ostēditur in
sequētibus. vñ qñ est simplex tertiana tunc vrina debet
esse magis tenuis. Sed in duplici dz esse vrina magis ru
bea et supius magis spissa: et quasi accedēs ad subnigredi
nem. ¶ Hec mora. i. qz si tpe lōgo vel breui laborauerit
infirmus: possumus discernere. s. quattuor egritudines
dictas vtrū patiat febres vel epatis calefactionē vł q̄rta
nam. Sit em qp in modico tpe laborauerit: vrina tali per
longū tps pseuerāte: tūc sigt aut distēperātiā epatis in
caliditate aut q̄rtanā febrē. Sed distinguit sic qz ex cale-
factione epatis vrina est superius obūbrata cū quadam
spuma crocea viridi vł subnigra. Sed in febre quartana
ista deficiūt. ¶ Nubes. s. si vrina sit tenebrosa et nebulo-
sa, in supiori pte: tūc duplex tertiana vel epatis calefactio
iudicat. ¶ Tēpus. s. tps āni: qz si sit estas sigt tertianam
vł calefactionē epatis. Si vo hyems vł autūnus q̄rtanā
¶ Status. s. cōplexio quia in colerico corpore sigt talis
vrina tertianā simplicē in melico et flegmatico duplicem
tertianā. ¶ Etas. qz si puer sigt ɔtinuā. si iuuenis ter-
tianā simplicē si senex duplicē. ¶ Passio. vtrū de tertio
in tertiū vł de q̄rto in q̄rtū quātū ad q̄rtanā: vł vtrū cuz
tipo vel sine tipo: qz si cū tipo īterpollata significat si si-
ne tipo ɔtinua. ¶ Forma. habitudo corpis. s. si pinguis
carnosus vł mater. ¶ Locus. s. regio calida vł frigida vł.
¶ Locus. s. vtrū in dextro ypocūdrio vł sinistro. ¶ Ut
stabilis medicus q̄ sapienter et s̄m veritatē vult iudicare:
vt suū iudiciū firmū sit et verū: dz singulariter cōsiderare
oēs istas ɔditiones sicut dictū est. ¶ Cōmentū. Clara
rubēs. In hoc caplo pponunt rłe de vrina rubea cū te-
nui suba et cū spissa: et cum mediocriter spissa vel medio-
criter tenui. Urina ergo in colore rubea: in substātia me-
diocriter tenui superius obūbrata et magis spissa q̄ infe-

riūs tertianā duplicē significat. Talis colo: fit ex inten-
sione caloris: ⁊ ex rubeitate ipsius caloris: ⁊ talis substā
tia fit ex siccitate. Hec ergo debēt adesse accn̄tia vel sin-
thomata. s. dolo: capitis in dextra parte: vbi est dn̄ium
colere: sitis: amaritudo oris: auriū tinuitus. Sȝ talis v:īe
significatio variatur ꝑpter diuersitatē subiectoꝝ: sicut
dictū est de v:ina russa. In colerico nāqȝ ⁊ in iuuene si ta
lis v:ina appareat significat tertianā simplicē in flegma
tico ⁊ melācolico sene ⁊ in muliere in nouitate cause talis
occurrēs tertianā simplicē significat in puero cōtinuā ex
lōgo ꝓcessu tp̄is. Et circūscripta feb:e significat calefa-
ctionē epatis talis etiā designat quartanā notā. Et hec
oīa aperte distinguuntur circunstantijs solum inspectis.
¶ Clara. Idest tenuis. ¶ Rubens. scȝ in colo:e. ¶ Tri-
teū duplicē. Idest tertianā duplicē de materia colerica
in duplici loco putrefacta simplicē etiā sig̃t: ⁊ tunc debet
esse magis tenuis qm̄ vnica ⁊ singularis materia putre-
scit: sicut colera vnde nō est tantus impetus ebullitionis
Eadē sig̃t duplicē tertianā de duplici materia collectam
in duplici loco putrefactā: q̄ discritas accessiones habet
quottidie q̇bus inuadit patiētes. Sed' dicimus in tertiū
grauius si cōfusas habet materias mo:e tertiane simpli
cis affligit: sed grauissimū facit insultum: ꝑpter putrefa-
ctionē duplicis materiei: ⁊ eadem signa sunt in simplici:
sed tūc debet esse tenuis: q: vna ⁊ singularis materia pu
tresit vnde nō est tantus impetus ebullitionis. In dupli
ci aūt v:ina magis debet rubescere: ⁊ magis superius in-
spissari: ⁊ quasi ad subnigredinē accedere: ¶ Mora tp̄is
vt si lōgo tp̄e labo:auerit eg:otās: inde medicus ꝑpēde-
re pōt: aut feb:ē: aut epatis calefactionē: aut fe. q̄rtanā.
Nā si de nouo incipiat labo:are: ⁊ talis appareat: de fe-
b:e tertiana p̄sumēdū ē. Si em̄ lōgo tp̄e labo:auerit: ⁊ ex
lōgo tp̄e talis ꝑseuerauerit p̄sumēdū est de distēperātia
epatis aut de fe. quartana. Sed distigue: q: ex distēperā-

tia epatis debet esse obumbrata I superficie: et spumosa cũ quadã croceitate: vel subnigredine: vel viriditate debet pfundi qd̃ sig. est incensionis. in fe. aũt quartana hic se ab sentãt accidẽtia. ¶ Nubes. Jdest nebulositas et tenebro sitas insupficie quãtũ ad duplicẽ tertianã vel epatis ca-lefactionẽ. ¶ Tps. Jdest anni ex quo morbus põt certi-ficari. Nã si etas fuerit talis significat tertianã vel epatz calefactionẽ: Si hyemis vel autũnus quartanã. ¶ Sta tus. Quãtũ ad cõplõnẽ q̃ rei est substãtialis. et que stãte subiecto euanescere nõ põt: in colerico namqz corpe talis potius significat tertianã simplicẽ. in melãcolico et fleg-matico duplicẽ: ¶ Etas. Ut si sit puer vel iuuenis siue senex. ¶ Passio scz vtrũ de tertio in tertiũ vł de quarto in quartũ et vtrũ cũ tipo vel sine tipo patiar. ¶ Forma. Quãtũ ad habitudinẽ corpis. s. vtrũ sit macilentus pa-tiẽs vel piguis vel carnosus. ¶ Locus. scz vtrũ in calida regione vel frigida. vel ad regionẽ corpis põt referri scz vtrũ patiatur in dextro ipocundrio vel in sinistro. ¶ Sẽ tentia: scilicet diffinitiua. ¶ Stabili pede. Jdest imobili et certo iudicio. ¶ Hec omnia. Jdest hee omnes circum-stãtie que dicte sunt. o tu medice sunt discutiẽde. ¶ De colore rubeo cum substantia mediocriter spissa.

Turbida spissa parũ rubeo perfusa liquore.
Continui tritei notio certa datur.
Si summũ viror obtineat vel liuida nubis.
Portẽdit mediũ: pleureticũqz malum.
Spissa. rubẽs sinochũ si summũ liuor obũbret:
Spissa rubẽs sinochã dempto liuore figurat
Causonidẽ si plus tenuis q̃ spissa reuersa.
Sinochidẽ causon subtilis et ignea monstrat.
Certior est testis rubicũdi forma coloris.

¶ Expositio Turbida. Hic agitur de colore rubeo cum

substātia spissa mediocriter copulato: et ponit plures regulas. ¶ Prima rl'a. Urina rubea in colore in suba mediocriter spissa: p totū turbulēta: cum impura et inequali suba sigt tertianā cōtinuā: ratio huius reddit in cōmēto.
¶ Si summū. Alia regula de colore cū suba mediocriter spissa. Urina in colore rubea in suba mediocriter spissa: in superiori pte viridis: sigt mediū emitriteuz: et si liuida fit in superficie sigt pleuresim et mediū emitriteū. Et est medius emitriteus ex colera putrefacta intra venās cōtinue bulliente: et ex flegmate putrefacto extra in medio emitriteo viriditas nō distinguit in vrina sine manꝰ appositione: sed in pleuresi bene distinguit. Quid est pleuresis? Est collectio facta in cōmissura costarꝫ et diafragmatis: et sepius fit ex humoribus calidis et accutis. Et ideo dixit Ypo. accidunt ructuantes etc. ¶ Spissa rubēs. In ista pte agit auctor de colore rubeo vel subrubeo cōiter cū suba spissa vel mediocriter spissa vl' mediocriter tenui Isti enī colores in qbusdā suntvniformes in iudicio. Hec est rl'a. Urina in colore rubea, vl' subrubicūda: in suba spissa et turbulēta: liuida superius et in respiratiōe sit fetida tūc sigt sinochū. Sinochus hꝫ fieri ex sanguine peccante in qualitate. Rationes in cōmēto reddunt. ¶ Spissa rubens sinochā. Alia regula. Urina in colore rubea vl' subrubicunda: in suba spissa et turbulēta absqꝫ liuiditate et fetore: sigt, sinochē. Est aūt sinocha ex sanguine peccante sm quantitatē. Et dr̄ia inter sinochū et sinochā haberi pōt p quendā versiculū. ¶ Sinocha de multo: sed sinochus ex putrefacto. ¶ Notandū est ꝙ sinochus tres habet spēs scꝫ febrem homotenaꝫ augmasticā et peraugmasticam: vt scribitur. a Gal. ij. de differentijs febriū. Et ponit sinochā p sinocho: nō faciēs vim de noīe. Et ideo notandum est qꝛ sm ꝙ diuersificātur spēs sinochi: sm hoc fit diuersificatio in vrina quia in homotena vrina apparet vniformis in colore: et in sua suba: et a principio vsqꝫ ad finem

in sua maliciaperseuerat. In peraugmastica ipsa vrina apparet in principio ipsius febris rubea vel subrubicũda Postea vrina ꝓcedit semꝑ remittẽdo: ⁊ de malo ad bonũ ꝫm ꝙ ipa febris peraugmastica ꝓcedit sꝑ meliorãdo a pricipio vsqꝫ ad finẽ. In augmastica ꝫm ꝙ ipa febris ꝓcedit crescẽdo ⁊ augmẽtãdo: ita etiaꝫ ⁊ vrina. Et nota ꝙ hic tradiꝰ quedã rl'a gñalis de vrina. Quotiẽscũqꝫ vrina apparet rubicũda vel subrubicũda in suba spissa: si postmodũ clarificeꝰ i superiori parte bonũ signũ ẽ ⁊ signũ salutis q̄ si rõ huiꝰ habeꝰ in cõmẽto. Si vo clarificeꝰ in parte inferiori: ⁊ attenuetur: ⁊ supius inspissetur: vel remaneat spissa malũ est signũ ⁊ mortis: ⁊ significat ꝙ materia rapitur ad cerebrũ. Et in hoc fatui medici decipiũtur credẽtes ꝯtrariũ veritati. ¶ Causonidẽ. Alia rl'a de vrina significãte causonidẽ. Quotiẽscũqꝫ videbis vrinã in colore rubeã vel rubicũdã ⁊ in substãtia sua magis appropinquat ad tenuitatẽ ꝙ̄ ad spissitudinẽ tũc causonidẽ iudicabis. Causonides est febri cõtinua est duplici materia cõposita: principaliter cõposita ex colera. secundario ex sanguine: ⁊ ideo vrina est magis tenuis ꝙ̄ spissa. ¶ Reuersa Alia regula ꝑ cõtrariũ istiꝰ. ꝙ vrina rubea vel subrubicũda in colore ꝓpinquãs magis ad spissitudinẽ ꝙ̄ ad tenuitatem significat sinochidẽ. Et est sinochides .fe. continua ex duplici materia composita ⁊ principal'r ex sanguine: scd'ario ex colera. q̄ propter hoc magis accedit ad spissitudinẽ ꝙ̄ ad tenuitatem. ¶ Causon subtilis. Alia rl'a de vrina significante causonem. Urina rubicunda vel subrubicũda i colore. in suba ꝑ totum tenuis: lucẽs sicut ignis sigt, causonem. Causon est fe. continua accutissima. Et habet fieri ex colera rubea putrefacta in venis propinquis venis orificiꝫ stomachi: epatis: pulmonis ⁊ splenis Et ideo dicitur causon a caumate ¶ Cõmentũ. Turbida spissa ⁊c. Hic ponitur regula de rubeo colore cum mediocriter suba spissa: quaꝫ sic collige. Urina in colore rubeo

cum substātia mediocriter spissa p totū turbulēta cū im
pura ꝛ inequali suba cōtinuā tertianā significat. Talis co
loꝛ rubeus fit ex coloꝛe colere rubee: q̄ ex sua bullitione ꝛ
rubeitate sufficit ad clarificādū ꝛ rubificādū vꝛinā. Urina
turbida est per totū ex pturbatione ꝛ bullitione facta in
vasis: ꝛ qꝛ per ebullitionem fit partiū inspissatio aliquaꝝ
cū ēt vasa illa sint ampliora: ꝛ prioꝛi ipaꝝ largioꝛes. spisse
etiā ptes calide ꝛ subtiles cū vꝛina emittunt qꝛ vꝛina ptur
batur: ꝛ est vꝛina ipure ꝛ inequalis sube. ¶ Turbida. Id
est turbulenta. ¶ Spissa parū. Idest accedens ad spissi
tudinē. ¶ Si summū. Alia regula ponit̄ de coloꝛe rubeo
cū eadē substātia: qꝛ si fuerit rubea cū prioꝛi substātia: in
supficie viridis significat mediū emitriteū. Si aūt liuida
fuerit in supficie significat pleuresim. In medio nāq̧ emi
triteo ppter colerā intra vasa: cōtinue ebulliētem. Et ex
flegmate extra nimia fit ebullitio vel adustio. Emissa er
go colera cū vꝛina cū sit adusta ꝛ leuigata: ad vꝛine supficiē
tēdit ꝛ eā reddit viridē. Sed cū sit pauca nō distinguitur
viriditas nisi cū manꝰ appōne: Si aūt liueat sine manus
appōne: vel ptendat liuoꝛem in superficiē distinctū sigt
pleuresim que đ collectio facta in cōmissura costaꝝ ꝛ dia
fragmatis. ꝛ sepius de calidis ꝛ acutis humoꝛibꝰ est. vñ
Ipo. accidūt ructuātes nō valde pleuretici fiūt. Pro ca
loꝛe ergo ꝛ acumine materiei: ꝛ qꝛ collectio ē in mēbꝛis ca
lidis ꝛ valde sensibilibꝰ: ꝛ qꝛ sunt in motu ꝯtinuo mate
ria illa maxime ebullit ꝛ aduritur. Per ramū ergo vene
ꝯcaue cōuersa p vꝛinales meatꝰ i multa quātitate admi
scetur vꝛine: ꝛ reddit eam viridē: q̄ qꝛ adusta est et leuiga
ta petit supficiem: ꝛ reddit eam viridē: et qꝛ multa ē ma
teria adusta apparet viriditas sine manus appōne. vel
etiam liuiditas vbi est tāta causa incēsionis. ¶ Summū
Id est supficiē. ¶ Mediū. Idest emitriteū. ¶ Pleure
ticumq̧ malū. Id est pleuresim cum distincta liuiditate
vel viriditate. ¶ Spissa rubens. In hoc capitulo agit

de colore rubeo et rubicūdo vel subrubicūdo cōiter sub vno titulo ꝯm cōiugationē spisse sube: vel mediocriter spisse vel mediocriter tenuis. In quibusdā em̄ sunt oēs isti colores vniformes in iudicio. In pricipio ergo pponitur rl'a de rubeo vel rubicūdo colore cū spissa suba: quā sic potes colligere. Urina rubea vel subrubicūda in colore: in suba spissa et turbulēta. si fuerit liuida in superiori parte et cū fetoris respiratione et q̄dā prauus odor a vase exalet sinochū significat. Qd talis est in colore prouenit ex calore et colore ipsius sanguinis. Sanguis em̄ cū sit calidus et rubeus vergēs ad impuritatē nō sufficit ad depurēdū vrinā. Qd est spissa hoc ē ex humiditate sanguis cuius pprium est inspissare: qꝫ est liuida hoc fit ex admixtione putridi sanguinis qꝫ est fetida fit ex corruptione sanguinis eius. Sinochus est febris continua ex sanguine putrefacto in venis. Dicitur autem sinochus quasi cohabens id est simul habēs omnes causas ad cōtinuitatē cōcurrētes que sunt tres. Prima est cōtinua caloris ebullitio et putrefactio. Secūda est cōtinua putride fumositatis ad cor respiratio. Tertia ē īpuritas sanguinis. Iste tres cause in nulla febre ita specialiter sunt adinuicē sicut ī sinocho et ideo ab illis denotatur. ¶ Spissa rubē sinochā. Alia regula Urina rubea vel subrubicunda in colore in suba spissa et turbulēta et sine liuiditate et fetore sinochā inflatiuam significat. Fit aūt sinocha ex sanguie abūdāte vel pambulante ꝯm quātitatem et nō ꝯm qualitatē et est spēs febris effimere licꝫ fiat ex humore. Qd rubea vel rubicunda est accidit ex qualitatibus sanguinis vt iam dictum est. Qd fit sine liuiditate et fetore fit quia non est sanguis corruptus necꝫ putrefactus cuius admixtione debeat liuor vel feditas innasci. Et notandum est qꝫ sinochi sint species tres. s. per augmasticus: augmasticus et hōtenus ꝯm varietatem specierū variatur dispositio vrine. In paugmastico enim apparet rubicūda vel rubea ab ipso principio

cum aliis signis: postea appareat rubea vel subrubicunda postea ab intentiõe ad remissionẽ: vt fiat immutatio in vrina de malo ad bonũ vt sicut decrescit & declinat febris ab acuitate principij: sic & in vrina declinat intentio caloris. In augmastico x° ꝯtrariũ accidit. In hõ ceno apparet vrina vniformis coloris: & in sua malicia perseuerat a principio vsq ad finẽ prout febris vniformitas deposcit. In hoc aũt capitulo hãc methodũ & quasi generalẽ accipe traditionẽ. ꝙ q̄cũq vrina rubeda vel rubicũda in substãtia spissa: si postea in superficie incipiat sincerari & quasi clarificari: ita ꝙ illa turbulẽtia & spissitudo incipiat residere bonũ signũ ẽ & salutare. Per hoc eñ ꝙ apparebat vrina per totum spissa & modo incipit depurari superi⁹: ꝑ hoc significatur ꝙ mot⁹ ebullitionis iã cessauit: q̄ ebullitio prius vigens in corpore: humores perturbabat & partes vrine secundum vniformem spissitudinem confundebat. Si aũt superi⁹ i spissitudine ꝑseuerat vel spissior appareat vel turbulẽtior: inferi⁹ aũt attenuetur vel glarificetur mortale signũ est. Significat autẽ raptũ morbi ad suꝑiora. Vñ timẽdũ ẽ de frenesi: aut litargia: aut mania vnde cõtingit ꝙ artifex imperit⁹ cũ videat vrinã i pricipio spissam: & postea inferi⁹ attenuari deluditur iudicans conualescentiam: cum potius morbus cnotra naturam. conualescat. ¶ Sinochum. Idest putridum. ¶ Sinocham Idest inflatiuam de puro sanguine & sincero: sed super accẽso. Scdm Cõstãtinũ accidentia morbi sinochi sunt hec. s. dolor capitis infixus: & a ꝓfundo emergẽs: genarũ rubor: inflatio venarũ: & maxime circa spũalia: & oris dulcedo. ¶ Causonidẽ. Alia dat rł'a de rubeo colore & rubicũdo cũ mediocriter tenui substãtia: & cũ mediocrit spissa quã si collige. Vrina in colore rubea vel rubicunda in suba magis accedẽs ad tenuitatẽ q̄ ad spissitudinem causonidem significat. Et est causonides febris composita continua ex duplici materia: ex diuersis generibus:

ex colera scz principaliter: et ex sanguine secundario: vnde magis accedit ad tenuitatē q̄ ad spissitudinē. ¶ Reuersa sinochidē. Item alia regula per contrariū predicte est proposita. Urina nāq3 in colore rubea vel rubicūda magis accedens ad spissitudinē q̄ ad tenuitatē sinochidem significat idest febrē cōtinuā cōpositā principaliter ex sanguie: secūdario ex colera vn̄ magis vicinat spissitudini q̄ tenuitati. Sinthomata occurrāt mixta: ppter admixtionem sanguinis et colere: vt dominātis humoris accidentia dominantur: et contrarij forte intermissione continētur. ¶ Causon subtilis. Alia regula. Uria rubea vel rubicunda in colore in substantia per totum tenuis lucens velut ignis causonem significat. Est autē causon febris cōtinua accutissima: vnde a caumate dicitur: et fit ex multiplici colera rubea putrefacta in subtilissimis venis oris stomachi: epatis: pulmonis: et splenis. Talis color est ex calore et ebullitione ipsius materiei: que putrescit in locis valde calidis. Est autem tenuis et valde lucens velut ignis: quia cum illa vasa nimis sint angusta non resudat ab eis nisi quod subtilius est et liquidus: quod cōmixtū vrine eam reddit tenuem et igneam. Hec accidentia concomitantur: scilicet vehemens dolor capitis: ita q̄ patiēti videtur q̄ fronti sue claui infigantur. Hoc igitur accidit propter violentam fumositatem et coleram a materia resolutam: que petens cerebrum et eius precipue miringas extendens: cerebrum flagellat. Adest sitis immoderata: que nullo potu quiescit: et hoc est propter nimiā feruiditatem colere os stomachi adurentis: quādoq3 est nigredo lingue propter adustionem. Et est nimius calor ex eadem colera: etiam est insomneitas ex deficcatione cerebri. Somnia lampadarum et corporum ignitorum. ¶ Reuersa. Idest contrario disposita vt sit spissa magis q̄ tenuis. ¶ Tertior est testis. Quia cum sit intensior magis insinuat incendium materiei.

computatione ab inferiori: tunc vrina in fundo feculētior apparet. Est aūt in medico maximus honor cū per talez vrinā in tali loco veraciter potest pnosticari eruptionem predicte vene kilis. Et nota q talis vrina qn spissior in media regiōe apparet tūc ydropisim pōt significare. Et tunc distingue: q: si fuerit quasi sanguinea yposarcā signi ficare pōt. Si vo magis lucida vel liuida leuchophantiā nec tn ex hoc signo pcipitāda est sentētia de ydropisi. Temeraria nāq z preceps discurtio artificē deuenustat z ei rubōrē incutit. Itē talis vrina apostema epatis aut pleu resis vel peripleumoniā: vel apostema renū significare hz vel iudicare. Et distinguendū est per alia accidentia z est requirendū vtrū patiatur puncturā in dextro latere vel in sinistro latere angustiā etiam anhelandi pōdus z graue dinem circa renes significat. Apostema epatis sm plu res autores distinguitur a pleuresi quattuor modis sm Alexandrum. Fit eñ in dextro latere vñ necessaria est di stinctio. Prima est sm pulsum. Nā in epatis apostemate corpus est magis coloratū et colore multo magis per mansiuo. Sed in apostemate spūalium semper minus est coloratū: z presertim colore magis momētaneo. In epa tis apostemate tussis est sicca: q: materia ipsius est sub diafragmate. Sz in pleuretico tussis sm oēs est semper humida q: materia est in spūalib9 supra diafragma: z de facili educitur. Itē dolor maior est z etiā pūctura in pleu resi: z hoc fieri habet ppter loci z diafragmatis sensibili tatē que fit ex neruis. In apostemate etiā epatis dolor est potius grauatiuus cum non sit epar neruosum. Ex hijs quattuor supradictis differentijs quandoq super adduntur alie sex differentie: que habentur ex quadā epi stola ipsius Galieni ad glauconē medicū. Et prima est: q: apostema epatis accutum est ad modū qn luna est in coniunctione. Sed in pleuresi est rotunda forma. Scda q: i apostemate epatz sanguinolēte solēt eē egestiōes ex

incontinētia epatis generate et resudatione epatis: sed in pleuresi non sic contingit. Itē. et tertio ex figura corporis distinguitur. Nā in apostemate epatis. corpus est valde ꝛ multū extenuatū. Sed in pleuresi non tātum est corpus extenuatū. Itē ꝛ quarto pleureticus melius cubat supra partem dolentem ꝑpter locum vacuū Et quia apostema nō comprimitur a stomacho ꝛ intestinis. Sed in apostemate epatis non bene cubare potest patiens supra partē dolentem: quia tūc pars q̄ dolet comprimitur ꝛ a stomacho ꝛ ab intestinis. vnde sequit̃ multo maior dolor. Itē ꝛ quinto ꝺm locū distinguitur quia pleuresis habet fieri in vtroq̧ latere. Sed apostema epatis habet fieri tm̄ in vno latere. s. dextro discernitur etiam ꝺm vrinam vt dictuꝫ est in antecedētib⁹. Et hic habemus decē differētias istorū apostematū iam dictoꝝ. Itē redeam⁹ ad significata discernētia p̄dicte vrine. talis ḡ vrina p̄cedēte sanguisugio: anhelitu vel ortom ia superius aliquātulum liuida empima si gnificat. Eadē vrina si spumā habet croceam nimiā epatis calefactionē significat ꝛ ictericiam que si ante septimam diem in accuta febre superuenerit: signum est pessimum. Fit etiam ex incontinētia materiei que in finthomatis erumpens per totum corpus diffusa: quasi ab interioribus fluctuendo ad exteriora diffunditur ꝛ subcutanea affecta cutem ꝺm se inficiendo ictericiam inducit. Quod si nature expellitur materia potius. ꝛ post septimam diem ictericia superuenit morbi determinatio fiet. Talis etiam vrina multotiens apparet in sano corpore ex saltu propter rupturaꝫ vene in renibus vel in vesica: aut propter resudationem sanguinis ex rarefactione vasorum propter immoderatum cursum vel coitum vel laborem nimium. ¶ Causticus humor. Idest collectus ad apostema faciendū. ¶ kilis. Idest vena spine adiacens. ¶ Aut fracto vase. Idest. vena aliqua. ¶ De colore viridi.



Griacā: spasmū: maiorē: deniq₃ mortē.
Iudicat vrina prassino tincta colore.

¶ Expositio. Agriacā. ¶ Postq̄ determinatus est de colore inopos ꝛ kianos. Hic agitur de colore viridi. Iste enī color viridis in vrina significat adustionē. et adustionis tres sunt termi. s. primꝰ: mediꝰ ꝛ cōpletꝰ. In principio adustionis apparet vrina in colore kianos. In medio viridis: ꝛ significat dñiū colere passine ꝛ eruginose in fine adustionis: Urina ergo viridis in colore apparet quādoq₃ multa q̄nq₃ pauca. Si pauca viridis mortē sigt̄ si vngues digitoꝝ infecti sunt colore liuido aut viridiꝰ Si multa ꝛ feculenta significat rupturā apostematis in aliquo mēbro nobili vt epate. vnde suba mēbri dissolui tur ꝛ ꝑ vrinā expellit̄. vnde in ꝓximo mors est vētura. Talis etiā vrina significat ictericiā ex colera prassina vl' eruginosa. Et nota q̄ tres sunt species ictericie vel habet̄ in cōmēto. ¶ Spasmū. Ista eadē vrina in febre accuta apparēs significat spasmū ex inanitione. ¶ Maiorē. Ista etiā vrina signifigat maiorē emitriteū ꝛ ita magnū ꝑiculū minatur. ¶ Deniq₃ mortem. Ista etiam vrina significat finaliter ī vltimo malicie mortificationē ꝛ caloris extictionē naturalis vltimo sequit̄ de nigro colore. Et q: superiꝰ in ꝑmo capitulo determiatū ē. ideo hic nō op₃ reiterare. Et ista sufficiāt de coloribꝰ. Et si termiata ē ꝑma ꝑs principalis. ¶ Commētū. Agriacam ꝛc. Post inopos ꝛ kianos colores ſm ordines conuenientie agitur de viridi colore. Uiridis color in vrina' signum est adustionis. Adustio vero triplici claudit̄ termino. s. ꝑmo medio ꝛ cōpleto. In adustionis principio fit ꝑmo vrina kianos quadam superius liuiditate profusa: in medio fit viridis ꝛ indicat dominium colere prassine vel eruginose in complemento denigratur: vrina ergo in colore viridis q̄nq₃ est multa: ꝛ q̄nq₃ est pauca. viridis ꝛ pauca mortē habet si-

gnificare. Et maxime si color viridis vel liuidꝰ vel niger vergens digitorū infecerint: quandoqꝫ ē viridis ꝛ multū male olet et multa ꝛ feculēta ꝛ significat rupturā aposte matis in aliquo nobili mēbro vt i epate. Unde substātia ipsius mēbri dissoluitur: que dissoluta cū vrina emittitꝛ. Unde in primo mortē debes nūciare futurā. Talis etiaꝫ vrina in colore viridis ictericiā portēdit ex colera prassina vel eruginosa q̄ sui leuitate diffusa ad supficiē corpis: cutē inficit ꝛ ictericiā inducit viridē. i. agriacā pegaseleontē cōficit que. s. a viridi mustela interptatꝛ viridis. sunt igitur tres species ictericie. s. ictericia viridis mō dicta: ictericia nigra que p meloncbiriō dicitur a melō qđ est nigrū ꝛ chiros qđ ē manꝰ vel chiros qđ ē humor. Et ictericia crocea q̄ generali vocabulo vocatur restrictio a specie ictericie: ictericia nuncupatꝛ. Itē vrina viridis in fe. accuta apparens significat spasmū ex inanitione ppter cōsumptionē humiditatis substantialis ratione pdicta. Eadē vrina maiorez emittriteū significat: ꝛ ideo valde piculosa est

ficant masculum concepisse: ꝙ em̄ rubee sunt vel subrubee
significatur ꝙ naturalis calor est sufficiens dare eis taleꝫ
colorem. Si vero appareant albe et quasi liuide et late for
me significant feminam concepisse. Per talem nancꝫ co
lorem vrine significatur debilitas naturalis caloris non
sufficientis eis colorem perfectum attribuere. Si vero
non concepit mulier: et tales apparent resolutiōes signi
ficat ꝙ concepit dolorem et paritura est iniquitatē. So-
lum enim vitium gutte significatur siue ostenditur in mu
liere: ergo tales resolutiones equiuocantur: vel ad con-
ceptum significandum: vel ad arteticam: vel humoro-
sitatem matricis: et tunc vrina spissior est. Jste sunt vri-
ne scilicet muliebres que magis deludunt artificem. De
talibus nancꝫ vrinis dare sententiam periculosum est
cum ad vtrancꝫ se habeat que dicta sunt. Unde de ta-

libus veritas ignoratur. tū ꝑpter fetū. tū ꝑpter mulierē in viris aūt tales vrine cū albis minutis securiores sunt ad iudicādum. In eis em̄ veritas manifesta lucet. Sꝫ vri ne muliebres execrabiles sunt ꝑpter duplicē fet⁹ ꝛ corpo ris cōtinentis respectū hmōi aūt resolutiōes in vrina vi ri apparētis guttā significātes albe sunt ꝛ parue sunt et rotūde. Albe qꝛ resoluūtur a mēbris albis: vñ imitātur colorē mēbroꝝ a q̄bus decidūtur. Parue sunt cū natura lis calor agat in materiā gutte vt eā digerat ꝛ dissoluat resoluitur quoddā paruū de mēbro: qꝛ cū solidū sit ꝛ par ua sit caloris actio paruū est qđ resoluitur ꝛ ideo parue sunt resolutiones. Rotūde sunt qꝛ calor vndiqꝫ agit in il lam materiā circūferentialiter dissoluēdo. ꝛ ideo rotūde apparēt vl' rotūda sunt: qꝛ ꝺ ratiōe granula rotūda sunt qꝛ ex descensu rotūdanť vt grādo in casu vt patet etiam de gutta pluuiali qꝫ in descensu suo rotundatur.

¶ De signis conceptionis.

Matrix sicca: venus sopita: retentio fluxus.
Discolor affectus vomitus compressio virge.
Mamme grossicies et perturbatio ventris.
Ex mellicrato conceptus signa probātur.

¶ Expositio. Hic determinatur de signis per que pos sumus cognoscere cōceptionē ex incidēti. Signū conce ptionis qđ habetur per vrinā in primo est dictum. Sed alia signa sunt conceptionis que enumerātur in istis pre dictis ꝟsibus. ¶ Matrix sicca. Quia iam clausum est ori ficium matricis. vnde nō emittūtur menstrua que vuluā hucmectare solent. Sed potius retinentur ad nutrimen tum fetus. ¶ Venus sopita. Aliud signū cōceptionis: si desiderium veneris est sopitū et extinctum: propter hoc: qꝛ matrix que vacua erat iam repleta est. ¶ Retentio flux⁹ Aliud signum conceptionis: scilicet quia menstrua reti nentur vt inde nutriatur fetus. ¶ Discolor affectus.

Aliud signū cōceptionis appetitus varius et multi formis.q2 modo appetūt accumina modo fructus acerbos ꝛ carbōes:ꝛ hmōi similia.Et hoc accidit ex ipso sangui ne menstruo melācolico redūdante ad eos stomachi ꝛ in ficiente ipsum.¶Vomitus.Aliud signū:q2 ille sanguis inficiēs os stomachi mouet ipsuꝫ ad vomitū.¶Cōpressione virge.Aliud signū conceptionis:vt habet in cōmē to.¶Mame grossicies.Quia sanguis redūdat ad spōgiositatē mamillaꝝ vñ ingrossantur.¶Et perturbatio. Aliud signū ꝯceptiōis Jpocratis in quarta ꝑticula amphorismoꝝ.Mulier si vis scire si ꝯceperit ꝛc.¶Cōmen tum.Matrix sicca.Jn hoc capitulo qđ est quasi finale ꝛ cōplemētuꝫ sui operis assignātur accidētia ꝛ signa celebrate cōceptionis.De ꝯceptione ꝑ vrinā significāda pre cesserat intentio in capitulo precedēti.ideoq3 ad conceptionis noticiā plenarie habendā posuit auctor signa cō ceptionis in cōclusione sui operis.¶Matrix sicca. Q2 conclusum est interius officium neq3 iam emissione menstruoꝝ matrix humectat vel vulua etiā illinitiōe mēstruo rum nō humectat:q2 mēstrua retēta sunt ad nutriendum fetū.hoc aūt noie matricis eius extremitas.i.vulua itel ligitur.vel vulua sicca est:q2 matrice iam repleta ex semine virili iam interius monetato iam voluptas matricis a venereis illecebris nō adeo diffundit:nec in lachrymas resoluit venereas.Extincta eñ est sitis eius que prius sedari nō poterat quod fit:q2 iam repleta est ꝛ,ex interio ri sarcina aggrauata minus pōt vacare pruritui venereo rum.Ex vacuitate naq3 matricis viget sensibilitas:et ex sensibilitate ampliori amenitate veneris matrix amplius infestatur.¶Ven9 sopita nō mercat ꝑpter ꝓdictā ratio nem.Sꝫ obmurmurāt subagitatores ꝛ lenones ꝛ assueti ad venerē dicētes hoc esse falsuꝫ:q2 a m.l'tis post ꝯceptio nem auidi9 ꝛ instātius appetit coit9 ꝙ antea.Dicūt se ēt vidisse quasdā q̄ aū cōceptionē suis adulteris ianuā pu'

doris claudebāt. Sed facta cōceptione vmbilicū et crura eius relaxabāt. Respōdemus hoc potius esse securitatis causa quam causa ardoris et voluptatis: nō tñ dico quin ex fetu calore duplicato renes calefiant: et ex calore peruaganate vel pgrauante venereis orificijs quidā pruritus innascitur. Sed nō est adeo voluptuosus sicut qui fuit añ cōceptionē vel in conceptiōe. Tūc em̄ matrix totā se aperit et applaudens tēperantie seminis ipsum intromittit in monetā cōceptionis. i. formam. ¶ Aliud cōmentū. Matrix qm̄ egit de athomosis resolutionibs que qñq3 signt cōceptū: qñq3 nō. Hic addit signa per q̄ fiat discretio qñ significent cōceptū. Et primo ponit gñalia. Scdo spālia cū matrix cōsecuta est qd desiderabat et adepta est quod venabatur quiescit. Et ideo clauditur vt retineatur qd desiderabat et acceptū collū eius et vulua desiccat: qr non fluit qd solet flere vñ vulua minus humorosa fit. ¶ Venus sopita. Cū matrix creata fit ppter cōceptionē habito fine ad quē ipsa est facta: tūc in eo quiescit naturaliter. Unde nō appetit plus coire. Tamen ex ebullitione postea facta in ipsa matrice: maxime si materia ipsa generādi fuerit colerica: et etiā matrix fit sibi similis in cōplexiōe Sunt tamen quedam mulieres pregnātes q̄ appetūt coitum vehemēter quoniam in eis renes supflue calefiunt: et maxime cū vulua nō recipiat in se humorositatē solitā et ppter hoc magis appetūt coitū: et forte ad hoc vt ei⁹ humectetur vulua matrix coitum appetit magis propter necessitatem quam propter vtilitatez quoniā natura stimulata a vehemēti siccitate stimulat matricē ad appetēdum coitum. ¶ Retentio fluxus: idest menstruorum. retinentur aūt menstrua vt fetui ppinentur nutrimenta et ppter cōclusionem interioris orificij. ¶ Aliud cōmentū ad pdicta carmina. ¶ Matrix. Patet causa hui⁹ ex predictis: qm̄ coartatur collum matricis: vt retineatur materia generandi. ¶ Affectus: idest appetitus. ¶ Discolor: idest va-

rius ⁊ multiformis: modo enim appetunt acrumina: modo fructus acerbos: modo certam modo carbones: et similia quod habet cõtingere ex sanguine menstro melancolico et contagioso redundante ad os stomachi et inficiente. ipm. vnde appetũt similia sue infectioni. Sed hoc habet fieri maxime in nouitate conceptionis propter retentionem menstruorꝫ. Sanguis em̃ menstruus adhuc est in motu. In tertio auteꝫ mense vel in quarto fetu iaꝫ confirmato cessat talis appetitus. ¶ Uomitus. Ex eadem causa: sed accidit maxime in nouitate conceptionis. ¶ Compressio virge. Ex angustatione interioris orificij matricis. Unde videtur viro cum coit cum muliere ꝙ virga a vulua sugatur precipue quando virga est longa. ¶ Mamme grossicies. Ex redundatione sanguinis ad spõgiositatẽ mammillarum. vnde distenduntur ⁊ ingrossantur. Sunt nanqꝫ continui meatus a matrice ad mammillas per quorꝫ continuitatem fit transitus deriuatiõis ad superiora. ⁊ ad mãmillas. ¶ Turbatio. Istud signum est ab Ipocrate elicitũ. Dicit em̃ in quinta ꝑticula amphorismorꝫ. mulierem si vis scire ⁊c. quando dormitura est da ei mellicratum bibere: ⁊ si quidem habuerit tortiones concepit. si vero non nõ. Sed nõ est omnino veridicũ signũ: q: suscepto mellicrato tortiones sentiũtur: nõ tñ ꝑpter hoc est semꝑ de facta conceptione. Si ꝟo in corpe mulieris suscepto mellicrato fiat absentia ex priuatio tortionis certum signum non facte conceptionis.

¶ De signis conceptionis masculi.

Conceptũ maris insinuat splendor faciei.
Mẽbrorũ leuitas spissi cõcretio lactis.
Atqꝫ tumor vẽtris ĩ dextra ꝑte rotũdus.
Femineum fetum contraria signa figurant.

¶ Expositio. Conceptũ. ¶ Hec sunt signa cõceptiõis masculi: q: si mulier ante cõceptionem esset discolorata:

⁊ facta cõceptione habeat faciem bene colorotã. Ex hoc habetur vnũ signũ cõceptionis masculi quãtũ est ex hoc ¶ Membrorum leuitas. Si facta cõceptione mulier habeat leuitatem mẽbrorum: ex hoc est signum conceptionis masculi quãtũ est ex hoc. ¶ Spissi cẽcretio idest coagulatio lactis ⁊ spissitudo. ¶ Atq; tumor. s. vẽtris. In dextera parte rotũd9: q2 ibi est locus cõceptionis masculorum. Femineũ. Signa cõtraria istis que dicta sunt sign̄t cõceptionẽ femine. ¶ Cõmẽtũ. Cõceptũ. ¶ Post tractatũ de generalibus signis cõceptionis subiũgit auctor de spãlibus. ¶ Splendor faciei. Recurrit ad priorẽ cõsistentiã mulieris. Si aũt ante cõceptionẽ solebat esse min9 colorata ⁊ post modicum; facta cõceptione purpurea facies vel illuminata occurrit: ex hoc ꝓpende conceptionẽ masculi. Nã si calidiori sanguine ⁊ in calidiori ꝑte matricis cõcipitur vnde naturalis calor in corꝑe mulieris incutit. et melior digestio ꝓcreatur. Nam ex bona digestione bonus color in facie nascit. ¶ Membrorum leuitas. Ex eadẽ causa ex bona nãq; digestione bonũ est nutrimẽtũ ⁊ bona reꝑatio spirituũ ex quib9 sufficiẽter reparatis robur ⁊ vigorositas ipsi corꝑi ꝑstant ⁊ mẽbra leuigãt. ¶ Spissi concretio lactis: id est coagulatio: q2 lac magis est digestũ ⁊ excoctum ⁊ ablata ẽ aquositas virtute caloris. Unde si eius gutta suꝑ vnguẽ vel suꝑ marmor aut suꝑ alia re tersa apponat nõ fluit: s3 laterales ꝑtes ei9 redigũtur in cumulũ: et hoc sig̃t masculi cõceptionem. In dextera ꝑte Ubi est locus cõceptiõis masculorum. ¶ Rotũdus. Quia partes masculini corꝑis cũ sint fortiores fortius sibi coherent nec in matrice quedam fragilitate distendũtur. ¶ Contraria signa. Nam contariarũ causarũ contrarij sunt effectus. ¶ Secũdũ cõmentũ ad ꝑdicta carmina. Cõceptũ. ¶ Hic determiat signa cõceptionis specialia: materia masculi est spãlior q̃ femine. Ponit auctor q̃ sperma viri stat loco factoris ⁊ agentis; sed sanguis men

struali loco materie. Et ex hoc pꝫ ꝙ oīs vir calidior ē omni muliere: tamē quedā mulieres calidiores sunt q̄busdā viris: sed hoc intellige de calido viscoso ꝛ materiali magis. viri autē omnes calidiores sunt calore virtuoso ꝛ formali ꝛ ideo viri fortiores sunt femīs. ¶ Splēdor faciei. Qm̄ ex materia calida q̄ ebulit in matrice eleuant̄ fumi vel vapores calidi ad epar vnde calefit. Et similiter ad cor vnde calefit. vnde ex his membris sic calefactis eleuātur calidi vapores ad faciem ꝛ ad caput. vnde facies splēdescit rubor est ex flore sanguinis virtute caloris depurati et inde leuitas totius corpis qm̄ calor rarefacit ꝛ subtiliat q̄ duo sunt p̄ncipia leuitatis: calidū ꝙ ovelociter mobile. ¶ Spissi cōcretio. Qđ fit a calore forti aquositatē ipam ꝛ spm̄ fortiter comp̄hendētem vnde videm⁹ ꝙ carnes cocte rigidiores sunt qm̄ calidum supuincit humidū ꝛ ipm̄ cōprehēdit ꝛ coagulat p abstractionē humi pri⁹ existentis. Sed attēdēdum est ꝙ calor aggregatus fortior est ꝙ̄ sparsus. ꝛ ideo parui viri nunꝙ̄ sunt humiles quoniam calor eorum est aggregatus. vnde mobiles fortiter sunt eleuati qm̄ calor semper spargitur et eleuat: et ideo sunt audaciores et subtiliores. Contrariuꝫ accidit in magnis propter eius sparsionem. Unde si magnū sapientē videris vel inueneris ꝛ paruā humilē redde laudem deo. ¶ Atq tumor. Cum enim calor humidus fortiter cōprehēdit rotūdat sicut sup̄ prelibatum est. Et hoc etiā facit in dextra pte maxime: q: calida est: ꝛ ideo tumor rotundatur cum cōcipitur masculus. Signa ꝯtraria apparent in mulierib⁹. Et nota ꝙ splēdor faciei maxime ꝯceptiōeꝫ masculi certificat si añ conceptionem facies erat pallida.

¶ De spermaticis resolutionibus.

Spermaticis in scripta notis vrina fatetur.
Illecebres coitus genitalia membra grauari.
Fermento veneris ludibria vana soporis.

Siue gomoream vel membri vim resolutam.

¶ Expositio. ¶ Hic determinat de spermate apparēte in vrina. Regl'a. vrina cū spermaticis resolutionib⁹ apparēs residētibus vel ad fundū tendētibus significat coitū pcessisse aut nocturnā illusionē aut voluntatē et desideriū venereoꝝ operū sine actu: et tūc significat mēbroꝝ generatiuoꝝ repletionē. Siue gomoreā. Talis etiam vrina si frequēter occurrat gomoreā. significat vel paralysim generatiuorū mēbroꝝ. ¶ Cōmētū. Spermatic. In hoc caplo auctor agit de spermate in vrina: qm̄ qn̄q3 cū vrina nutriuntur resolutiōes spermatice vnde apparet vrina cū quibusdā spermaticis resolutionib⁹. Est ergo talis regula. Urina cū spermaticis resolutiōibus apparēs ad fundū tēdētibus vel residētib⁹ coitū significat pcessisse: aut nocturnā illusionē aut ꝯcupiscētiā aut affectū venereoꝝ operū sine actu ꝯsequētē. sig̅t ēt genitaliū mēbroꝝ et didimorū repletionē ex spermate qd ē: q2 redūdat in testiculis et p incōtinētiā cū vrina emittit. Sig̅t etiā talis vrina si frequēter occurrat gomoreā siue paralysim genitaliū, membroꝝ. Est aūt gomorea imoderata et inuolūtaria spmatis effusio q̄ est passio turpissima: ꝯ q̄ multitudo nō modica vel aliq̄ aliqn̄ pierūtq̄ talē egritudinē ꝯfiteri erubescūt vn̄ morbi malicia magis ꝯfortat. Fit aūt hec passio ex nimia sanguis abūdantia. vn̄ sperma augmētat et ppter nimiā abūdātiā multiplicat et emittit sine aliq̄ delectatiōe et vgeerectiōe. Fit etiā qn̄q3 ex debilitate virtutis retētiue. qn̄q3 ex lenificatione vasoꝝ seminariū. vnde vasa seminaria lubrificātur et sic sperma ex tali lubrificatione cū nō habeat coherentiam in receptaculis inuoluntarie labitur. Significatur aūt hec passio in illis q̄ habent paralysim in membris genitalibus: sicut est in epilepticis et apopleticis. in illis enim vrina et semen inuoluntarie emittuntur. et sic sperma propter debilitatē neruoꝝ et propter aliaꝝ causaꝝ

intrinsecā in voluntarie egredit. ¶ Spermaticis notis: idest spermaticis resolutionibus. ¶ Scripta. Idest pfusa. ¶ Illecebres coitus. Quo ad celebrādum coitū: idest quando aliquis celebrauerit coitum. vñ ex reliquijs materiei resolute ⁊ non sufficienter educte: qꝰ debilis fuit spiritus expellens: ideo talis apparet vrina. Genitalia mēbra. Secunda significatio est: mēbra genitalia dicuntur in hoc loco testiculi virga ⁊ didimi pcipue. ¶ Fermento Idest spermate quo testiculi turgescūt: sicut pasta ex fermento crescit ⁊ amplatur. ¶ Ludibria vana soporis: id est nocturnas illusiones ex venereis officijs vel operibus quando. s. dormientibus se ingerūt ⁊ improuisa mente somniāt vel dormiūt. Gomoreā: idest immoderatā ⁊ inuoluntariā spermatis effusionez. ¶ Uim resolutā: idest paralysim que fit ex dissolutione mēbroꝝ. ¶ Sequitur aliud cōmentum ad predicta carmina. ¶ Spermaticis Sperma emittitur aut pter multitudinē materie: aut pter defectū ꝟtutis cōtentiue: aut pter debilitatē lacertiꝰ remolliti ſm palysim. ¶ Illecebres. Q: nimis mouet materia ⁊ nimis calefiūt testiculi vñ fortiter attrahūt et sperma ibi generāt qđ emittūt. Subtiliāt p motū precedentē in coitu nimio. ¶ Genitalia mēbra pter multitudinē materie spermatice q̄ inturgescit a calore p motū ¶ Ludibria. qm̄ in tali opatione nō bñ modificant concauitates ex spermate. ¶ Gomoreā: idest inuoluntariā spermatis emissionē. ¶ Uim resolutā: idest virtutē ꝯtentiuā ⁊ pter lacerti remollitionē deficientē retinere.

¶ De puluereis resolutionibus.

Sub forma cineris corpuscula pressa deorsum.
Infima membra notant morbi languore grauari.
Ex attricis emoroidis splenisq; tumore.
Sepius apparent vel quando mēstruus humor.
Temporibus certis sua respirascula nescit.

¶ Expositio. Sub forma. Hic determinatur de resolutionibus puluereis que emittūtur cū vrina ad similitudinem puluereis. Est ergo regula. Urina in colore remissa cū puluereis resolutionibus in fundo residentibus signat egritudinē mēbrorum inferiorum sicut renū et lūborum et partium inferiorum. ¶ Ex attricis. In attricosis et ficosis et in patiētibus emoroidas et inflationē splenis apparet talis vrina. ¶ Uel qn̄ menstruus. Talis etiā vrina apparet in mulieribus qn̄ patiūtur retentionē mēstruorum. ¶ Commentū. Sub forma cineris. Hic ponit aliud capitulū de puluereis resolutionib9 que qn̄q cū vrina emittūtur: et sub forma puluereis in fundo subsistūt. Inde colligitur regula talis. Urina in colore remissa cū puluereis resolutionib9 in fundo residētibus: in colore nigris vel liuidis signat emoroidas: Significat etiā attrices siue cōdilomata. Talis etiā vrina signat vitiū splenis et in mulierib9 signat coitū: et si talis diu appareat signat retētionem mēstruorum. Emoroide sunt quinq vene: que a chili vena pcedentes vsq ad pudibūdum circulum terminant. Iste ergo vene qn̄q replent et aggrauātur ex melācolico sanguine q̄ maxime abūdat in chili vena que spine adiacet. Spina vero frigida est cū sit pars corporis posterior vnde ppter frigiditatē illius partis melancolicus sanguis in illis venis habet dominiū suū. Cū aūt p̄dicte vene aggrauate sunt et super replete ex melācolico sanguine distendūtur et fortiter eo in loco tumescūt atq inflant: ita q in capitibus earum quedā apparent tumorositates varie. Unde sentitur grauedo et ponderositas circa partes inferiores et adest pigricia totius corporis et discoloratio faciei. Ille aūt vene qn̄q rūpuntur et sanguis emittitur in multa quātitate rūpuntur autem ille vene propter abundantiā sanguinis et propter incontinentiam: vel ex calore nimio propter acuitatem et corrosionem: vel ex frigiditate exteriori propter compressionem. Unde hec passio maxime

est in illis familiaris qui super marmora sedere cõsueuerunt. Est aũt emorois nomẽ mẽbri et passionis q: ille vene dicũtur emoroide per quas venit hec passio que dicit emorois. Unde egritudo ab illis venis orta emoroides dicũtur. Dicitur aũt emorois ab emo qđ est sanguis: et rois qđ est fluxus. vnde dicũtur emoroides quasi fluxus sanguinis. In emoroidib⁹ vrina debet esse remissa in colore. Nã melãcolico sanguine abũdante in corpore debilitatur naturalis calor vñ digestio crudescit ⁊ ex digestionis cruditate discoloratur vrina. Apparet aũt cũ puluereis resolutionib⁹ que resolute a melãcolico sanguine nigro: ⁊ terrestri per continuos meatus deriuãte ad vesicã cũ vrina emittant: ⁊ q: sint ponderose ⁊ terrestres subsident in fundo. Attrices sunt collectiões facte circa annũ ex melãcolico sanguine in illis partibus turbato: ⁊ viscositatẽ inducente. Fici sunt molles electiones circa annuz distincte quibusdam granis in modum granorum ficus.
¶ Condilomata sunt dure ⁊ solide collectiones et rotunde circa annum in modum glandium: ⁊ dicuntur condilomata a condilon qđ est rotundũ. Unde apud Maximianum reperitur digitis in condilon replicatis: idest in rotundum. In attricosis igitur et ficosis ⁊ condilomaticis vrina apparet similis proxi: ⁊ propter eandẽ causaz disponitur ꝯm colorem talem. Et resolutiones tales ex vitio splenis post datã medicaminam: maxime ꝑpter dissolutionem partium. Apparet eadem vrina remissa cum resolutionibus puluereis. Similiter in retentione menstruorum. Nã sanguine melancolico per menstrua retento resoluuntur quedam partes liuide ab ipso sanguine et quasi squamose que quidem cum vrina emittuntur.
¶ Cinereis. Idest puluereis. ¶ Infima membra. Sicut renes ⁊ lumbos et inferiores partes que ratione cõpassionis molestantur vt dictum est.

¶ De ipostasi.

Informat sedimen color et substantia tempus.
Forma: locus: color est albus: substantia gũsis.
Continuata suis conum sua forma figurat.
Inferior fundus locus est constantia tempus.
Album continuum residens constans ꝑineatum.
Si sedimen fiat bona fit digestio virtus.
Fortis nature triplici viget actio motu.
Albificat: mundat: cumulat: condensat et vnit.
Uentosum calor extenuat: sorbetq vaporem.
Uirtus que bona sunt retinet: que praua repellit.
Nec natura suos secat aut interpollat actus:
Hijs claret signis ostensio certa salutis.
Lucreta fit febris breuis est discussio morbi.

¶ Expositio. In isto loco determinat de ipostasi. Est igitur ipostasis superfluitas tertie digestionis effusa in vrina. Ipostasis in tertia digestione diuiditur a nutrimẽto membrorum et emittitur cum vrina. Unde hic ponitur descriptio ipostasis laudabilis: et sunt quinq conditiones ipsius: scilicet color qui est albus: substantia que debet esse continua sine interruptione et diuisione: locus qui est fundus vrinalis pus ipostasis scz ꝙ multos dies perseuerat in bonitate forma quia debet esse ad modum forme piramidalis vel pinealis vt incipiat a lato et circunquaq tendat in acutum. Et de istarum differentiarũ qualitate singulariter determinatur in commento valde bene. ¶ Album cõtinuum. In isto versiculo continẽtur quinq differentie ipostasis naturalis: scz ꝙ sit alba in colore: continua in substantia: residens in fundo ꝫm locum constans quãtum ad tẽpus: pineatũ quantũ ad formaꝫ. Et si tale sedimẽ cũ istis cõditionibus appareat in vrina significantur ꝙ digestio est bona ⁊ virt⁹ fortis: ⁊ ꝙ actio nature triplici viget motu. ¶ Uñ notãdũ est ꝙ triplex ẽ

motus nature scꝫ alteratiuꝰ localis. ꝛ essentialis. hic de clarantur in fine cōmēti. ¶ Cōmētum. Informat. Aliud capitulū ꝑponitur de ipostasi: vbi vidēdū est q̇d sit ipostasis ꝛ eius ꝓprietas. Est em̄ ipostasis supfluitas tertie digestionis cū vrina effusa. Ois ergo digestio supfluitatē habet suam. Prima digestio hꝫ p sua supfluitate egestionē ꝛ ventositatem. Secūda digestio hꝫ vrinā. Tertia digestio habet ipostasim ꝛ sudorē. Ipostasis in tertia digestione diuidit a nutrimento mēbroꝝ. vñ cū in omnibꝰ mēbris fiat digestio: ꝛ oīa membra nutriātur aquolibet. nutrimēto diuidit ipostasis. Sed nō tota ipostasis que a nutrimento diuidit cū vrina purgatur. Nā viarū longitudine ꝛ meatuū strictura nō potest tota ad vesicā prouenire. pars em̄ quedā a calore corporis cōsumit. Alia p sudorē mūdificat. Alia pars extenuat ꝛ p fumū ꝛ vaporem expirat. illa portio sola que vasis coheret ꝛ propinquior est vijs vrinalibꝰ. ad vesicā descēdit. Cū em̄ vasis cohereat rarefactis vijs pororum ex caliditate ingredit vasa et per meatus continuos deriuatur ad epar ab epate vero per capillares venas descēdit ad vesicam et cum vrina emittitur. In vrinis autem sanorum non apparet ipostasis: quia fortitudine caloris et virtute membrorum superfluitas illa consumitur. Membra etiam in sanis melius nutriuntur ꝛ parue sunt superfluitates membrorum ex nutrimento. vnde pauca vel nulla est ipostasis. Quattuor sunt ipostasis differentie: scilicet color substantia: locus: et tempus. Isaac in libro vrinarum aliam scꝫ quintam differentiam apponit que est forma: et nos Isaac sequentes illam differentiam quintam opponimus. Naturalis color ipostasis est albus: omnis nanqꝫ ipostasis naturalis debet esse alba. Consimilia nanqꝫ membra humani corporis omnia sunt alba vniuersaliter: quis etiam caro videatur esse rubea. Sed non est ille color carnis: sed potius sanguinis dispersi per po

ros ipsius carnis. vnde si caro coquatur et exprimatur si cut faciūt hybernienses albificat: et ad pprium colorem re uertitur. Nutrimētū ergo nō icorpatur mēbris nisi pri9 dealbet. Est aūt nutritio cōuersio rei nutriētis ī naturā rei nutriēde: ergo nutrimētū est albū cū mēbra sint alba. Et ypostasis est decisa a tali materia: ergo in color: de bet esse alba: ois nāqz supfluitas debet esse emula: idest si milis et imitatiua eius a quo deciditur: ideoqz nulla ypo stasis est laudabilis nisi sit alba: hec em̄ significat pfectā assimilationē nutrimēti sm naturā membrorum et fortitudi nē naturalis caloris idigestione pualēt. Rubea em̄ ypo stasis minus bona est sigt em̄ longitudinē egritudinis et cruditatē materiei. vñ virtus digestiua non ita pualet in tertia digestione in faciendo digestionē nutrimenti: si gnificat tñ similitudinē eucritā. i. bene termiabilē: qz fit de sanguine puro et sincero: qui humor amic9 est nature et maxime familiaris. Subrussa ypostasis peior est rubea quia fit de sanguie aquoso. vnde minat ex cruditate san guis maiorē plixitatē egritudis. Liuida ypostasis vitu pabilis ē: qz sigt mortificationē. Uiridis vl' nigra pessima est: qz sigt adustionē et mortē. Et h' d' colore ypostasis suf ficiant. Substātia ypostasis est ptinua: qz debet esse sine diuulsione et interruptione suarum partiū: per qd significat tertiā digestionē materiei esse pfectā q̄ nō habeat aliquā ventositatē q̄ sui p̄sentia possit diuellere continuitatem ypostasis. Diuulsio aūt ypostasis fit ex vētositate tertie digestionis. Et hec de substātia ypostasis sufficiant. Lo cus ypostasis pprius et naturalis ē fundus. Debet nāqz esse ypostasis subsistēs in fundo vrinalis. et talis subsidē tia significat secundam digestionem non fuisse turbatam nec impeditā aliq̄ vētositate. Nā si scda digestio fuisset ventosa illa emissa cum vrina precelleret ypostasim: vel in media pte vrine vel in superiori si maior esset ventositas. Et sunt tres dñe ypostasis sm locū. Nā si ypostasis sue

rit subsidēs in fundo ꝛ nō impulsa vocat sedimē. Si aūt sit ipulsa in media regione vrine vocat eneorima quasi de pēdēs. Qđ si fuerit impulsa vsq ad supficiē vrine ex maiori ipulsu vētositatis vocatur nephilis idest nubes ex metaphora nubiū. Et hec de loco ypostasis sufficiāt. ¶ Tēp⁹ ypostasis est pmanātia in talibus differētijs per multos dies. talis aūt pmanētia est equalitas siue tps per qđ significat: maxime fortitudo nature: que quidē in bene optādo nō deficiat: sed suū opus cōtinuare sufficit. Nā si in pma die appareat ypostasis cū bonis differētijs. ꝛ in scđa appareat cū malis ex tali incōstātia significat nature debilitas q̄ nō pōt ī bono ope pseuerare: Et nota q eq̄litas in bona ypostasi est optima. Sed eq̄litas in mala ypostasi: est pessima. Ineq̄litas ergo in malo bona est. Sed inequalitas ī bono mala ē. Et hec de tpe ypostasis sufficiāt ¶ Forma ypostasis dꝫ esse cōnoides. i. in modū forme pinealis vt īcipiat a lato ꝛ ppēdicularit circūquaq tēdat in acutū quasi ī modū piramidis vl' in modū pinee. Taleꝫ ꝯo formā vocat. Isaac pineatā quasi tēdētē in acumē in modū pinee. Talis ergo forma significat digestionē pfectā vnde graues partes ypostasis in fundo subsistēt ꝛ cōstituūt eius basim. Mediocres aūt q̄ nō sunt adeo pōderose mediū occupāt. Leuiores ꝯo q̄ sunt ignee ꝛ aeree superi⁹ tēdūt littera p se ptꝫ. ¶ Suba gūsis: idest suis cōpaginib⁹ vt habeat ptiū coherētiā. ¶ Conū. i. a lato incipit ꝛ tēdit in acutū in modū galle. ¶ Locus. Est fund⁹ ei⁹ idem in inferiori parte cōsistēs. ¶ Constantia. i. eius pmanētia p multos dies. ¶ Albū continuum. Hic ponitur descriptio bone ypostasis ꝛ quid habeat significare. ostēdit. Album. in colore. ¶ Cōtinuū. quantū ad substantiam. ¶ Residēs. quantū ad locum. ¶ Constantia. quantum ad tēpus. ¶ Pineatum. non ad pini: sed ad pinee formam refertur. ¶ Bona digestio. non quia alba: albedo enim non sufficit ad insinuandum perfectā di-

gestionem: posset namque album et impulsum et diuulsum apparere. Sed bona digestio significatur ex eo quod est albũ cũ alijs sequẽtib⁹ differẽtijs. ¶ Uirt⁹ digestionis viget triplici motu. Triplex est modus nature in tertia digestione: scʒ alteratiuus: q̃ fit in in dealbatiõe nutrimẽti. localis: qui fit in cõglobatione et partiũ trãspositione et essentialis: qui fit per alias differẽtias que subnotãtur vel cõiũgãt. ¶ Albificat. Ecce alteratiu⁹ mot⁹. Mũdat: cõdẽsat. et vnit. Ecce localis et essentialis. ¶ Uẽtosuʒ calor. Qđ significat p cõtinuitatẽ. i. per cõsistẽtiã ipostasis repellit p vaporẽ. ¶ Necnõ. Quod significat p cõtinuitatem et cõsistentiam ypostasis.

¶ De sedimine qđ deficit in differẽtijs bonis.

Ledit et incrudat sedimẽ quodcũque priorum.
Dissonus et vurius faciens discrimina motus.
Seruatis reliquis si pẽdeat' aut petat altum.
Flamine ventoso digesto lesa ꝓbatur:
Saluo iure loci seruata lege coloris
Uis ventosa mouet sedimen compage soluta.

¶ Expositio. Superi⁹ posuit auctor quinque differẽtias sediminis laudabilis. Hic determinat de ipostasi recedẽte a laudabili et dicit ꝙ sedimẽ quodcũque deficiẽs ĩ aliqua p̃dictaꝝ quinque differẽtiaꝝ inquãtũ deficiet: in tãtũ deficit a laudabili sedimine. Ubi gratia. Sedimẽ in colore albũ. etc. deficiẽs ꝯm locũ existẽs nebula vel nephilis' deficit et recedit a laudabili ipostasi. per hoc eñ fi̅gtur ventositas scđe digestiõis. et ideo rõne vẽtositatis impellẽtis petit superi⁹ et efficit nebula vl' nephilis: Et ideo notãdũ quod ipostasis ꝯm tria loca q̃ occupat in vrina tres accipit denominatiões. Si igit occupat fundũ dicit sedimẽ. Si mediũ dicit nebula vel eneorima. i. quasi depẽdens. Et si superius sit impulsa ratione maioris vẽtositatis fortius impellẽtis nephilis appellat. Et sit ipostasis inquãtum

elongatur a naturali efficit in naturalis. ¶ Saluo iure loci. Si ipostasis seruet locũ ꝛ colorẽ: scʒ ꝙ sit alba ꝑm colorẽ: ꝛ in fundo ꝑm locũ: habeat substantiã diuulsaʒ et nõ continuã: est in naturalis ipostasis ꝛ vituperabilis ꝛ signat tertiã digestionẽ turbatã fuisse ex vẽtositate. ¶ Cõmentum. Ledit et. Specificauit auctor bonũ ꝛ legitimũ sedimen cũ suis differẽtijs ꝓprijs ꝑm locũ: colorẽ: substãtiaʒ tẽpus: et formã. Nũc ostẽdit ꝙ si sedimẽ peccet in aliqua istaꝝ differentiaꝝ vel ꝑm aliquas est illaudabile ꝛ preter naturã. Si enĩ seruato colore ꝛ cõtinuitate non mutetur locus ꝛ fiat eneorima vel nephilis illa vituperabilis est: qꝛ signat scdam digestionẽ nimia vẽtositate esse impeditaʒ Si vero seruet locus et color vt sit albus: ꝛ subsidens: et substãtia ꝓmutet vt incõtinua sit ꝛ indiuulsa: vituperabilis est: qꝛ signat tertie digestionis perturbationẽ fieri ex vẽtositate: vt vẽtositas incidẽs: sediminis cõpaginẽ ꝛ cõtinuitatẽ remoueat. Quodcũꝗ prioꝝ. Idest quecũꝗ mutatio facta a prioribus differẽtijs. ¶ Faciẽs discrimina motus. Idest faciẽs sedimẽ differre a laudabili sedimine ¶ Motus dissonus ꝛ varius ꝓpter mutationẽ factã in cõtrario talis motus siue talis ꝑturbatio ledit et incrudat sedimẽ.i. vitiosum ꝛ infame ostendit. ¶ Seruatis reliquis. Idest colore ꝛ subã. ¶ Si pẽdat. Idest fiat eneorima. ¶ Aut petat altũ. vt fiat nephilis. ¶ Saluo iure. Idest permanente substãtia et albedine perseuerante generata in tertia digestione. ¶ Uis ventosa. Generata in tertia digestione. ¶ Mouet. Idest diuellit et continuitatẽ interruptã significat: et ne per hunc motũ intelligat impulsionem ꝛ non disgregationẽ subiungit. ¶ Cõpage soluta. Idest discontinuata.

¶ Determinat de sedimine rubeo ꝛ subrubeo.

Subrubeum qm̃ de sanguine constat aquoso.
Est peius rubeo: ꝗuis vicinius albo.

Designat rubeum q longa sit euerita febris.
Cum sit causa mali nature filius humor.
Leuis et excoctus resolubilis ac moderatus.

¶ Expositio. Cõparat auctor sedimẽ in colore rubeum ad subrubeũ dicẽs q sedimẽ subrubeũ est vituperabilius rubeo sedimine cuius ratio est: qr sedimẽ subrubeũ hꝫ fieri ex sanguine aquoso ꝛ aliqualiter indigesto et crudo: iõ sigt cruditatẽ materie: ꝛ per cõsequẽs lõgitudinẽ morbi et per ꝯsequens ex morbi longitudine minatur defectuꝫ virtutis. ¶ Quãuis vicinis. Licet ꝑm colorẽ appropinquet magis sedimẽ subrubeũ ad albũ q̃ ipm rubeũ in digestione: tñ magis est elõgatũ a bono vt dicit in cõmento. ¶ Designat. Determinat de sedimine rubeo ꝛ dicit q inter oẽs spẽs sediminis post sedimẽ laudabile melius est sedimẽ rubeũ: qr tale fit ex sanguine bono ꝛ bene digesto qui aptus est faciliter cõuerti in substantiã mẽbrorũ in tertia digestiõe: ꝛ ita sigtur egritudo bñ terminabilis et salubris: sed tñ lõga ratiões patẽt in ꝯmẽto. ¶ Commentũ. Subrubeũ. Subiũgit de sedimine subrubeo qd videt ꝯtra naturã q sedimẽ aliqd fit subrubeũ vel alteriꝰ coloris q̃ albi: maxime cũ sit supfluitas tertie digestionis decise a nutrimẽto mẽbrorꝫ. Nã mẽbra alba sunt et nutrimẽtũ ipm albũ est. Et qd ab ipo nutrimẽto deciditur dꝫ esse albũ: qr nullũ sedimẽ debet esse alterius coloris q̃ albi: quid est ergo qd auctores dicũt q aliquod sedimen est rubeũ vel subrubeũ. Rñdemus si sedimẽ est superfluitas tertie digestionis cõcedimꝰ sedimẽ esse albũ. Sed qñqꝫ nomine sediminis quadã vaga ꝛ cõmuni significatiõe intelligimꝰ id qd in fundo vrine residet: siue sit humor crudus: siue sanguis: siue putredo: siue sanies vel globositas arene ꝛ ꝑm talẽ intelligentiã aliqd sedimẽ dicitur esse rubeũ vel subrubeũ. Subrubeũ sedimẽ dicit esse malũ: qr significatur factũ esse ex crudo et aquoso sangui

ne. Unde cõtinuatur plixitas egritudinis propter mate
teriei cruditatẽ. Sed tñ non minatur periculũ: qꝛ fit de
sanguinea materia que tẽperata est respectu aliaꝝ. Sed
mirũ est qd̃ auctor dicit. Subrube⁊ peius est rubeo. Nã
albũ ꝑm se maxime est bonũ rubeũ ꝓo magis elongatur
ab albo ꝙ̃ subrubeum. Et subrubeũ mediũ est inter rube
um ꝛ albũ nec põt fieri trãsitus de rubeo in albũ: nisi per
subrubeũ ex mediata digestione: ergo cũ subrubeũ prim⁊
sit albo ꝙ̃ rubeũ minus malũ est ꝙ̃ rubeũ: licet dicat au-
ctor ipm esse peiorẽ rubeo. Ad hoc dicimus ꝙ subrubeuꝫ
sedimẽ a natura decoctione magis elongatur ab albo ꝙ̃
rubeũ. Nõ em̃ fit subrubeũ mediãte digestione albi vel
rubei. Sed potius ex crudo et aquoso sanguine qui pro-
pter cruditatem suã nõ potuit perfecte excoqui et rubifi
cari: neqꝫ etiã sibi oĩno sanguineã spẽm adaptari. Rubeũ
aũt sedimẽ ꝓpinquius est ꝛ affinius albo: qm̃ sanguis q́
tm̃ precessit decoctus est: ex qua decoctiõe facta põt de
facili mẽbris assimilari. ¶ Quãuis vicinus albo. Istam
vicinitatẽ intellige ꝑm colorẽ tm̃: et nõ ꝑm digestiõis me
diationẽ. ¶ Designat rubeũ. Determinat de rubeo se-
dimine ꝙ post albũ inter species sediminis laudabilius
est et cõuertibilius: sigt tñ longã egritudinẽ ꝓpter abũ-
dantiã materiei ꝛ ꝓpter cruditatẽ. ¶ Eucritã. Idest bñ
determinabilem ꝓpter sui tẽperãtiã. Fit em̃ de sanguine
puro ꝛ sincero qui mẽbris est amicabilis. Nã mẽbra dul-
cia sunt ꝛ sanguis est dulcis: ꝛ de tali sanguine mẽbra nu
triũtur. ¶ Eucritã. Idest bene digestibilẽ ab eu qd̃ est
bonũ ꝛ crasis. vnde discrita cõtrariũ sigt. ¶ Filius natu
re. Propter amicabilitatẽ quã habet cũ mẽbris: et est de
scriptio sanguinis. ¶ Leuis. Quia muliebres habet qua
litates ꝛ substãtiã mollẽ ꝛ feruẽteꝫ. ¶ Excoctus. Idest
digest⁊ qd̃ indicat mediocritas sube. Nã si esset crudus
exiret aquosus: si adustus grossus: ergo qꝛ bene est coct⁊
et legitime digestus: ideo mediocris. ¶ Resolubilis. Id

est aptus resolui et digeri in tertia digestione: et hoc propter abilitatem suarum qualitatum. Est enim calidus et humidus que qualitates fauent digestioni. ¶ Moderatas. Hoc potest referri ad temperantiam qualitatuz vel ad temperantiam quantitatis: de qualitatibus constat. Sz moderantia quantitatis necessaria est. Est autē hec moderantia et proportio in mundificatione quantitatis vt in duplo magis sit de sanguine in humano corpore q̄ de flegmate et in duplo plus de flegmate q̄ de colera et in duplo plus de colera q̄ de melancolia et hoc manifestum potest esse diligenter intuenti.

¶ De sedimine nigro sequitur.

Nature funestat opus culmēq3 vigoris.
Altius euertit sedimē nigre speciei.
Quod summū tenet aut mediū minus est vitiosuz.
Hoc tamen offendit in pluribus illud in vno.
Plus nūero peccat nephilis nigra nō ideo plus.
Plus peccat sedimē nigrū: sed non numero plus.
Defectum numeri cause violentia pensat.
Aggrauat et cumulat mala circunstantia culpā.

¶ Expositio. Determinat hic auctor de sedimine nigro Et dicit q̄ inter omnes species sediminis deterius et vituperabilius est sedimen nigrum: quia significat mortificationem et euersionem caloris vel vigoris. Sediminis nigri tres sunt species s̄m tria loca que occupat in vrina videlicet fundum aut medium aut superius. ¶ Quod summum. Dicit hic q̄ sedimen nigrum quod apparet in medio vrine vel in superiori parte vrine non significat tātum malum: quantum sedimen in fundo existens: quod quidem fit in fundo existens est in vltimo illaudabile: et malū est. ¶ Hoc tn̄. Hic dicit q̄ sedimen nigrū existens in medio vrine: vel in superiori parte in pluribus differētijs peccat: quia in colore cuz sit nigrū: in loco cū sit altū.

Sedimẽ nigrũ in fundo solũmõ peccat in vna differẽtia. s. in colore solũ. In loco ꝟo nõ quia tenet locũ debitũ ꝛ legitimũ sediminis naturalis. Sermo auctoris cõtinet falsitatẽ. Ex hoc qd dicit sedimẽ nigrũ i fundo solũ peccat in vno: quia ſm veritatẽ peccat in multis. s. in loco in substãtia: ꝛ in colore. In loco q: si esset in medio vrine nõ tãtũ esset malum. Peccat ergo ſm locum: ꝛ ipse dicit ꝙ legitimũ locũ tenet. qd est falsum. Peccat in substãtia magis suspensũ vel altũ. Illud sedimẽ nigrũ qd est in fundo: quia est substantie spisse ꝛ terrestris que nullo modo potuit subtiliari a calore: ꝛ ideo magis peccat i substãtia Egidius ꝟo istud nõ cõsiderauit. Peccat etiã in colore vt dictũ ast. Nõ ergo peccat solũ in vno nigrũ sedimẽ in fundo. Se peccat in multis ꝛ sic cõcludit ꝙ inter omnes species sediminis deteri⁹ ẽ sedimẽ nigrũ: ꝛ adhuc magis qd est in fungo nigrũ. Et ista sufficiãt de cõsiderationib⁹ vrinaꝝ. ¶ Cõmẽtũ. Nature. ¶ In isto vltimo capitulo ꝑponit de nigro sedimine qd detestabili⁹ ẽ oib⁹ alijs specieb⁹ sedimiñũ q: significat mortificationẽ: quia nigruꝫ sedimen si occupat fundum peius est ꝙ Eneorima nigrum: vt patet. Sed eneorima nigrum peccat in pluribus. s. in colore: quia est nigrum in loco quia est eleuatũ. Solutio licet eneorima nigrum peccet in pluribus: ꝛ sedimen nigrum peccet in paucioribus. tamen maius peccatum est in sedimine nigro ꝙ sit peccatum nigri eneorimatis quãuis peccet in pluribus. Quãtitas enim quandoqꝫ vincit nũerũ in malicia. Nigrum ergo sedimen peius est quia significat cãꝫ mortis magis abũdare. Unde sedimẽ tale ex abundantia sue maliciei ꝛ terrestreitate deorsum deprimitur. Illud ꝟo qd significat cãm mortis min⁹ abũdare sursũꝫ tẽdit. Uel aliter põt intelligi nigrum sedimẽ signt calorẽ naturalẽ penit⁹ eẽ extinctũ. vñ ab ipso nulla potest fieri resolutio: ꝛ q: nulla resolutio fit nulla gñat vẽtositas in corpe: ꝛ q: nulla gñat vẽtositas nulla põt esse

causa qua possit sedimen impelli in ꝑtem supiorez: qđ est ꝓpter vltimatam extinctionē caloris naturalis. Et cū ex defectu resolutiōis nulla generet ventositas: mortale et summū ꝑiculū. Eneorima vero nigrū ꝛ si ostēdat naturalis caloris extinctionē: tn̄ qꝛ est impulsio facta ex vētositate significat aliquātulū vigorē caloris naturalis: ex cuiꝰ reso lutione ventositas ꝓcessit q̄ sedimē impullit. lr̄a plana ē ¶ Nō ideo plus idest i quātitate. ¶ Culmē ꝗ vigoris. i. altitudinē vel formā piramidalē. Cū em̄ calor sit fortis suū sublectū eleuat sicut videmus: ꝙ iuuenes incedūt re cti ꝓpter caloris multitudinē ꝛ fortitudinē. Senes aūt in clinati ꝓpter eius defectū: ꝛ calor huiusmodi reddit virtu tē vigorosaȝ. ¶ Vigoris. i. virtutis. Alcius. i. ꝓfundiꝰ qꝛ in radice sua ꝛ in ceutro suo. ¶ Qđ summū causa huius iam declaratur cum hoc sedimē nigrū suspēsuȝ ꝛ altū plu ra indicat peccata q̄ sedimē nigrū residēs. qm̄ indicat vē tositatē quā non facit sedimē residēs. Sed videt ꝙ volue rit innuere ꝙ nigrū sedimē in fundo sit in loco suo natu rali. Sed nos dicimus prius ꝙ ille locus est ꝓprius ꝛ na turalis. ypostasis naturalis ꝛc. Sed naturale ꝛ in natu rale eundē locū naturalr̄ nō habebūt: ꝓpter hoc sane vel satis intelligit rationis oppositio hoc mō sedimē natās aut suspēsum qđ dicit eneorima peccat in loco ex vētosi tate q̄ debilitat calorē naturalē ꝛ spargit ꝛ soluit eius ꝯti nuitatē. Vnde peccat in duobus. Sedimē vero residēs tm̄ in vno Sȝ certe si velis subtiliter ꝑscrutari veritatem ret ƀmo auctoris est simplr̄ falsus: qm̄ sedimē residēs maiorē defectū caloris naturalis significat q̄ suspensum. Signi ficat em̄ suspēsuȝ. pctm̄ in subā. Diuellitur eniȝ suba in eo. sed sedimen in fundo: non. Et dico ꝙ sedimē nigrum residēs plus peccat in suba q̄ suspēsum: quoniā nulo mō subtiliatur a colore. Suspēsuȝ aūt subtiliatur aliquo mo do: sed hic solū ad extrema respexit ꝛ vētositatem discon tinuantem ꝯsideravit in suspenso qꝛ in alio neutrū inue

nit. Et ideo plura peccata posuit in suspenso ꝙ in residente cum ꝛ hoc sit propter ventositatem suspensum et aliud naturam: seu ipostasis proprietatem habet. et sic poteris aliquo modo auctorem defendere quoniam stuporem facit audientibus in suo modo loquendi. ¶ In vno residens talis aut in vno loco. Vel dic secundum euz ꝙ si peccat in loco cū sic valde graue ꝙ hoc ꝓbat. ¶ Nephilis ꝛc. Plura peccata in numero significat tamen suū vitium in quantitate: ꝛ͂m veritatem non est tantum quā tum sediminis residentis. Residuum sermonis est intellectum. ¶ Et sic est finis ad laudem dei ꝛ beate marie virginis omniumꝗ celi colarum. Amen.

¶ Vltimum capitulum ponitur quo Egidius opus suum completum sigillat.



Nunc mea complet o respira musa labore
Strige rotā. cur sū cohibe ꝯpesce fluēta
Claude musandini torrētes flumis vndas.
Mōvltra equoci gazas ꝑlata salerni
Spge nec vrsonis apices: nec dogmata mauri
Sobria claude larem metuens liuoris ocellum.
Ne tecum moueat contraria secta duellum.
Discolus ꝛ mordax vehemēs clamosus ianis
Quem sterili lolio pascit farragine cruda.
Inflat et infatuat. mons pessulanicus errans:
Ne probis fontem laceret formeꝗ nitorem.
Obfuscet maculis. vereor clara basia figat.
Lenoni populo faciem nec casta reuelet.
Fimbria mōstretur quā non est tangere dignus

¶ Expositio. Nunc mea. ¶ Completo opere suo: et posita doctrina sua de vrina et vrine significationibus et pius contentis stilum sui operis narrando more metrice scribentium musam suam inuocans: orimo finez suo ope

ri assignans ipm sigillat ꝛ claudit. Scdo autēticat ꝛ ap-
probat hūc libellum autoritate alioꝝ pborum virorum
quoꝝ sniam imitat⁹ est. Tertio reprobat ꝛ vitupat medi
cos de pessulano monte ꝛ eoꝝ sequaces ppter eoꝝ erro
res. secūda ibi. Claude musandini. tertia ibi. Discolus ꝛ
mordax. Et hec tertia pars diuidit in tres ptes. primo
redarguit illos medicos. scdo recōciliat cū magistris mō
tispessulani ne maledicat de ea. tertio vilipēdit vulgares
et idiotas ꝛ ignorātes vel scholares garrulos: ibi. secun
da Ne pbis: ibi. tertia Lenoni pplo: ¶ Nūc mea. litte-
ralis expositio. ¶ Mea musa. i. doctrina. Respira. i. finē
imponas. ¶ Cōpleto labore. i. finito libro. Strige rotā
idest siste mobile igeniū Egidij q est capax oim sicut fi-
gura circularis rote. ¶ Cursum cohibe. i. finias studiu:
in quo nulla est quies sicut in cursu. ¶ Cōpesce fluenta
i. canones ꝛ regulas traditas ī hoc libro. Nota φ merito
assimilat scientiā flumini: q: sicut flumē cōtinue labitur ꝛ
mutatur: ita sciētia a doctorib⁹ tradita in suis opinioni-
bus cōtinue seu quotidie diuersificat ꝛ inouat. ¶ Clau-
de vndas torrentis flumīs musandini. i. inundatiōes do
cumentoꝝ illius viri q dictus est petrus musandin⁹: quē
imitatus ē Egidius. ¶ Nō prelata vltra gazas salerni
equiuoci. i. tu musa nō extēsa vltra thesaurum sciētie pbi
medici de salerno: qui vir dicebat magister salern⁹. vnde
salernus equiuoce dicit de viro isto ꝛ de ciuitate in qua
erat iste vir. ¶ Sparge nec vrsonis apices nec dogmata
mauri. i. nō excedas termios scientie magistri vrsonis et
magistri mauri. q etiā de vrinis tractauere. ¶ Sobria. i.
tu doctrina mea. ¶ Claude larē. i. finem impone. Me-
tuens liuoris ocellū. i. paruū oculū: q: de cōsuetudine īui-
dentiū alteri est subclaudere ꝛ puificare oculū quo intuē
tur bona alioꝝ: vt fingant quasi se non videre talia bona
Liuoris. i. inuidie illoꝝ de mōtepessulano. Contraria se-
cta: idest īuidoꝝ de mōtepessulano q Egidio inuidebant

de tam preclaro opere. ¶ Duellum.i.bellum. Mōspes-sulanicus errans.i.supbia medicorum errantiū de monte-pessulano. Discolus.i.diuersariū et falsarum opinionum. Mordax.i.stimulans. Vehemens potens ad maledicendum. Clamosus.i.sophista clamator. Inanis.i. vacuus scientia. Inflat et infatuat.superbire facit medicum et enunciare verba parum perfecta. Quem scilicet medicuz. ¶ Pascit sterili lolio.i.inutili et mala doctrina que lolio assimilari potest: quod (alias segetes deturpat: et comedentibus multa inducit nocumenta. ¶ Me laceret.i. medicus pessulanicus. Fontē scientie tue o mea musa. Probis.i.maledictis: vl' pbis.i.medicis de salerno q̇.pbi et boni medici sūt. ¶ Formeqz nitorē.i.splendorē tue pulchritudinis. Maculis.i.meledictis vereor timeo. ¶ Clara basia fiāt.s.cū sapiētib9 magistris et doctorib9: vl' figat.i. medicus pessulan9. Nec reueles.i.nec ostēdas. Faciē.i.librum. Nec casta fimbria mōstret: idest tua secreta et pudibūda que sub vestibus et fimbria velant nō mōstrent. Leoni pplo.i.reportatori malorum verborum. Quā.s.fimbriam idest secreta tua pudēda. ¶ Nō est dignus tāgere.s.populus leno et inuidus propter suam grossiciem.

¶ Sequitur de modo iudicandi vrinas.

Iste est modus iudicandi vrinas vnde sic est procedendum primo de colore. secundo de substantia. tertio de contentis. Est ergo hic modus talis: quia primo scire debes cuius est vrina scz viri vel mulieris. Item virum iuuenis vel senex: seu cuiuscūqz etatis. Itē si est diu q patitur vel nō: hoc si egritudo de nouo orta sit vel antiqua. Deinde sequitur iudicium per hunc modum. Vrina ista colorata est colore nimium citrino: et ideo attestatur colere rubee. Turbata est et obnūbrata ex materia putrefacta extra vasa et iō triteo simplici vl' duplici laborat ex colera putrefctā extra vasa: ille vl' illa cui9 est hec vrina.

arteriaꝝ ⁊ partiū neruosaꝝ vñ in sufflationibus ꝑtiū ner uosaꝝ et arteriosaꝝ ꝑpter fumi cōclusionē: ꝑpter opila tionē poroꝝ: ꝑpter tēsionē nimiā ⁊ impressionē occurrūt duricies paruitas debilitas: spissitudo velocitas: ⁊ q̄nq̧ setrina inordinatio. Durus est extēsione: paruus ex duricie organi ex defectu virtutis arterie ꝑpter duriciē nimiā dilatari nequeūtis. Ideoq̧ oīs durus paruꝰ velox: et spissus ex multa necessitate refrigerij. Cum eñ virtus debilis semel ꝑm ꝙ opꝫ trahere nō possit necesse est frequēter repetere: qđ vno ictu neq̄t implere. Inordinatio et diuersitas ex angustia virtutis que valde afflicta ⁊ occupata nō pōt ordinē seruare sed modo magis: mō minꝰ dilatat ꝑm motionē ⁊ extuationem cause. In huiusmodi aūt apostematibus ꝓ diuersis tēporibus eoꝝ pulsus variantur. In principio eñ minor est duricies maior fortitudo ⁊ maior pulsus est in quātitate: nec tñ est inordinatio. In initio paruū est apostema ⁊ modicā facit tēsionē partiū ⁊ virtus adhuc fortis est: ⁊ pōt vascula melius dilatare. Calor magnus est vñ velox pulsus est et spissus. Inordinatio est parua q: arterie duricies est modica: et virtus nō est adeo oppressa. Hec accidētia sunt ꝑm ꝓcessum aliquoꝝ tēpoꝝ. i. augmēti ⁊ status ⁊ maiorant: ⁊ maxime intēditur ille qui plenitudine cōcomitatur: q: causa duriciei. i. tēsio arteriaꝝ maior est ex maioratiōe apostematis ⁊ maiori cōpressione ꝑtiū ⁊ vaporis ꝯstipatiōe. In declinatiōe eñ ꝯdescēdit apostema ⁊ ꝯdissoluit humor et apostema finit pulsꝰ ad sani quātitatē reducit. Ex dissipatiōe aūt subtiliū humoꝝ ⁊ induratiōe grossoꝝ apostematū duroꝝ ⁊ cōstipatoꝝ pulsus durior ⁊ subtilior efficit q: organa in latitudinē ⁊ ꝓfunditatē ex sua duricie nō dilatāt minꝰ velox ē ⁊ spissꝰ q: calor minor ē q̄ tāta refrigeratiōe nō idiget sicut priꝰ. vñ si ꝑseueraret tale durū post dissolutionē materie piculū sigt: q: s. iduratione apostematis ad dissoluēdū difficilē: ⁊ sic ꝑlōgationē morbi ⁊ na

ture defectū significat. Si apostema est in miringis cerebri sicut ē frenesis: fit pulsus durus: paruus: velox: fortis: spissus durus: q: in neruosis locis, fit apostema: quare paru⁹ vel spissus p; ex predictis: s; aliquātulū fortior ē q̄ in alijs apostematibus: q: in hijs est fortior virt⁹ vnde quidā morbidi in hijs morbis cito erigūtur ⁊ pcussores ⁊ garruli fiunt: ⁊ vix ab hominibus pñt teneri: q: ex collisione vel corruptione mētis ꝯseq̄tur. Inordinatio fit ex incōueniēti dilatatiōe organi cū duricie effusionis ⁊ fortitudie virtutis. vñ fit vt pars dilatetur: pars vero nō. minor est duricies pulsus ex apostemate epatis q̄ eius qđ est in locis neruosis: q: hec membra nō sunt tāte duriciei nec tātas faciūt tēsiones: vt mēbra naruosa ⁊ arteriosa. In locis cordi pximis apostemata faciūt pulsus similes eis q̄ fiūt ex apostemate facto in locis arteriosis. nā vene epatis ⁊ arterie assimilātur cordi. Ex apostemate colerico maxime fundato in mēbro nobili vt cerebri pāniculis vel diafragmate vł circa cor q: in corde apostema fieri nō potest. vñ si fit in epate vel stomacho fit pulsus valde dur⁹. Si fiat in alijs mēbris sicut i pede vel in manu nisi in locis arteriosis nō tanta est duricies. Ex apostemate melancolico in eisdem mēbris est in pulsu duricies ⁊ subtilitas. Squināntia q: fit in lacertis gutturis q̇ parti neruosi ⁊ chordosi sunt facit pulsū; durū ⁊ thetanosum ⁊ serratū paruū debilē spissu;: ⁊ q̄re ex predictis p;. Si talis pulsus ex tali egritudine augmētet̄ in duricie ⁊ thetanositate ⁊ i serrature diuersitate spasmū futurū denūciat: q: ex apostemate crescēte patit̄ neru⁹: ⁊ ex neruis cerebrū ppt̄ colligātiā neruoꝝ ad ip;: vñ necesse ē vt spasmus ꝯcreet̄. Qđ si eadē pmanēte duricie vt thetanositate i raritatē decidat patiēs suffocari vł debilitari sig̃tur Fit eñ talis raritas ppter cōgelationē caloris naturalis Pleuresis ex colera rubea facit pulsū; durū ⁊ valde spissu;. ⁊ talis pulsus i pleuresi sig̃t colerā ru,eē i cā. Humo

rem em̄ causticū significat valde mobilē ꝛ valde furiosum. vnde áut peripleumoniā aut significat sincopim futuram propter instabilitatez ꝛ subtilitatē materie peripleumonie. Si in peripleumonia mutatur in sincopim. Si ad: coꝛmaniā vel defectionem qḋ fit ex vicinitate coꝛdis vel pulmonis ad locum moꝛbi Qḋ si in pulmone fit parua spissitudo, ꝛ remissa duricies significat pleuresim fieri de materia flegmatica: ꝛ nunciat futurā alienationem mentis vel apoplexiam nunciat futurā. Fumus enim frigidus ꝛ humidus ad cerebꝛum ascendens hos moꝛbos facit. Empima ante dissolutionem materie pulsum facit durum ꝛ valde serrinum velocem spissum. Si materia in putredinem mutatur digeratur ꝛ emitatur: natura in patiēte fit mollis latus debilis rarus ꝛ mollis et latus pꝛopter materie hūiditatē in mēbꝛis. debilis ex subita inanitione: rarus ex magno desiderio trahēdi aerez. In ptisi sine fiat ex calido apostemate pectoꝛis. vnde hūiditas ex vicinitate coꝛdis exiccat: ꝛ arterie et fundamēta pectoꝛis simplr desiccātur: siue ex mala cōplexione calida ꝛ sicca i. toto coꝛpore: in qua pmanente siccitate ppt vsum calidoꝝ ꝛ frigidorum i frigiditatē mutat: ꝛ humiditas substātialis coꝛpis desiccat. Fitq̧ quasi decrepitū coꝛpus: fit pulsus durus debilis paruꝰ. debilis: quia deficit ex tēpoꝛe lōgo virtus paruus ex defectione virtutis in oꝛganis dilatādis durꝰ. ex defectione et desiccatione totius coꝛpis velox spissus ppter necessitatem refrigerīj. Apostema calidū in oꝛe stomachi facit pulsum duruz thetanosum spissū velocē serrinū qui serrinus declarat. posterius thetanosum ex neruositate debilem ex defectiōe virtutis: que defectio si plōgatur facit pulsum tardū rarū. Apostema stomachi frigidū pulsum facit durum ꝛ debilem ꝛ paruū Timpanites pulsus facit durum thetanosum spissum: durum ex siccitate: spissum ex defectione virtutis.

De pulsu duro in pleuren.

Pulsus duricies in pleuresi perniciosa.
Arida materies: terrestris: cruda pbatur:
Solui difficilis: ex quo discussio morbi.
Protrahitur: vis opprimitur natura fatiscit
Uitaqz succumbit longo lassata duello.

¶ Quia cū possit fieri de sanguine raro de flegmate ꝛ se pe de colera ꝑpter duriciē pulsus ꝛ spissitudinē sigt ꝙ sit pleuresis de colera: q̄ de hac materia facta ꝑiculosior ē ꝑ pter mobilitatē materie ꝛ furiositatē ꝛ facilē cōuersionē in peripleumoniam ꝑpter loci ꝑximitatē. Significat etiā dur⁹ pulsus nimiā tēsionē organoꝝ ex ariditate ꝛ multitudine materie vñ morbi plixitas de defectione nature ostenditur: ita dico si perseueret in duricie.

¶ De significationib⁹ pulsus mollis ꝺm naturam.

In pulsu cui molliciē natura ministrat.
Cordis ꝛ arterie pariter substātia mollis.
Corpis inuitur crassis hūida mēs muliebris
Cerea flexibilis pia blāda parūqz fidelis.
Aduena mollicies quā synthomaticus vrget.
Impetus humores dissoluit vasa remollit.

¶ Sequitur de molli pulsu. Mollis itaqz ꝺm naturā significat humiditatem corpis molliciem organoꝝ naturalē que ex humida crassi cordis remolliuntur quantum ad mores significat muliebritatē animi mētem ceream ꝛ flexibilē: piam ꝛ infidelem. qđ totum ex humiditate contingit que maxime inter qualitates peior ꝛ pessima ꝛ mutationi habilior est. ¶ Aduena mollicies. Or significat molliciem preter naturaʒ. Pulsus mollis p̄ter naturaʒ significat humide nature abundantiam ꝛ eius dissolutionem p̄ter naturā: vñ organa humectantur humectata remolliuntur. Ex apostematib⁹ ergo flegmaticis maxime si fiāt in locis carnosis ꝛ naturalr̄ hūidis pulsus fit mol-



lis vñ in apoplexia ⁊ lytargia pulsus ē mollis:⁊ ēt tard⁹ rarus i diuersitate estuosus q: flēgmatic⁹ humor in cerebro abūdat ⁊ nascitur:vnde de mēbris alijs ad ipm transmittit. Ipsum quoq₃ cerebrū humidū est de natura: q:si humores facti sunt ex multa humiditate:pulsus debilis d₃ esse tard⁹ rar⁹ ex debilitatevirtutis cū multa hūidita te diuersitas est estuosa. ¶ De pleno pulsu ⁊ vacuo.

Copia spirituū per plenū plena notatur.
Sanguis eluuies vberrimavasa replentis.

¶ Exequit de significationib⁹ qnti generis qd ɔsistētie organi ptinet.i.pleni ⁊vacui.plen⁹ igit multitudinē sanguis cōcauitate cordis recepti sigt:quo sanguie i fumū ⁊ vaporē resoluto mouetur cor ⁊ arterie mouētur. Et talis apparet in patiētib⁹ synochū ⁊ synochā inflatiuā ⁊ laborātib⁹ de repletione humoꝝ aquosoꝝ. Et nota ꝙ oīs plen⁹ est latus cum ex eadem causa ɔtingat plenitudo ⁊ latitudo.s.ex abūdātia humiditatis. Sed sciēdū ꝙ si flegmaticus humor nimis abūdet in copre:⁊ maxime extra vasa paucificat sanguis. Ex sanguinis indigētia i vasis ppter flegmatis multitudinē nō occurrit pulsus plen⁹.

¶ De vacuo pulsu

In vacuo vene sitiunt:vegetabilis aure.
Vis absorpta peritviui fons sanguinis aret
Quem bibit ariditas peregrini lima caloris.

¶ Agit hic de significationib⁹ vacui qui p contrariū respōdet pleno:⁊ ɔtrarij significationib⁹ describitur. Vacuus itaq₃ pulsus significat indigentiā sanguinis: ɔsumptionem humiditatis:⁊ defectionē spirituumvnde qñ digiti applicātur sup arteriā statim arteria cedit compressioni:⁊nullā humiditatem interius ɔclusam superiusredddit vel redūdat. Sed statim pulsus ppter inanitionem sui organi quasi vacuus euanescit. Vacus aūt pulsusaut est cum caliditate aut cū frigiditate. Si cū caliditate ve-

hementi fiḡt euenire synthesim et ethicā. Si cum frigidi tate fiḡt extinctionē caloris naturalis: q: frigiditas instā tiam mortificationis: vacuus deꝑditionē spirituū ꝛ suba lis humiditatis denūciat. In lytargico etiā apparet va cuus q: exuberatur a flegmatico humore: humore rapto superius. vñ fit lytargia ꝛ diminuto sanguine in venis ꝓ pter defectionē digōnis ex multiplicatiōe alteri⁹ humo ris in arterijs: pulsus vacuus occurrit nō hic agit̃ ſm na turā de pulsu vacuo: q: ois vacuitas innaturalis ē cū fit ex defectiōe humoꝝ ꝛ spirituū. ¶ In vacuo pulsu vene. Que sunt vasa sanguinis. ¶ Sitiūt. i. inaniunt̃ ꝛ deficcā tur ꝓpter indigentiā sanguinis ꝛ ꝯsumptionē. ¶ Vege tabilis. i. vitalis spūs cui⁹ est adiuuare ꝛ vegetare mem brum. ¶ Fons viui sanguinis. In quo q̄si quodā fonte mēbra potant̃: humectant̃ ꝛ recreant̃. ¶ Lima caloris. i. cos ꝛ irritamentū incensiōis in humano corꝑe. Sicut em̄ per cotē ferrū acuit̃ ꝛ ꝑ limā acuti⁹ ꝛ magis incisiuū red ditur: sic ꝑ siccitatē caloris innaturalis feruidior efficitur qꝺ appet in lignis aridis: que magis obediūt icēsioni ꝙ̄ si essent viridia. Febris ēt q̄ fit de eo acutior est ꝙ̄ illa que de alio humore fit vñ hoc nō fit nisi per limā siccitatis.

¶ De calido pulsu et frigido.

Et calidus cuius mordax pinctura perurit.
Continue digitos: index est febris acute.
Si calidus digitos interuallariter vrens.
Interuallaris atq̄ induciosa vocatur.
Est ethice testis calidus vacuo sociatus.

¶ Exequitur de significatione sexti generis qꝺ est cali dum ꝛ frigidū: ꝛ hoc silr̃ ad ꝯsistētiā organi ꝑtinet cū duo bus p̄cedētib⁹. Calid⁹ itaq̄ fiḡt caliditatē organi ꝛ distē perantiā spirituū ꝛ humoris fluētiū in ipsis arterijs. Sed pulsus calid⁹: aut est calid⁹ a san guine aut a colera: vl' ex calore ifixo mēbris ꝯsumēte ꝛ bibēte sanguinē in venis.

Si eñi calidus est ex sanguine: dꝫ cõcomitari plenitudo mollicies magnitudo iter velocẽ ꝛ frequẽtem mediocritas: plenitudo ex vasoꝝ repletione: mollicies ex sanguinis humiditate: magnitudo ex magna sanguinis resolutiõe in fumũ ꝛ spm̃. Inter velocẽ et frequẽtem mediocritas ex mediocri necessitate habende refrigeratiõis. Humiditas nãq; sanguinis est ꝯtẽperamentũ ardoris ꝛ indigentiã refrigerationis cõpescit sed si calidus ex colera sit discernit per gracilitatẽ et duriciẽ: ꝑ frequẽtiaꝫ ꝛ aliorum accidẽtia: que apparẽt in corpe ꝯcomitantia. Si est ex calore insito mẽbris dꝫ esse vacuitas: ꝛ ethicã ꝛ ptisim. significat. Item alia fit diuisio calidi pulsus. Nã calidus alius continue calidus vrens ꝛ mordens in appositione digitoꝝ: ꝛ significat continuã. Alius interuallariter ꝛ interpollatiue: ꝛ sine punctione ꝛ mordicatione digitorum et significat interpollatam.

¶ De pulsu frigido.

Spirituum probat occasum viteq; lucernam.
Celat et extinguit gelidus spiramina cordis.

¶ Exequitur de significationibus frigidi pulsus. Frigidus significat extinctionẽ calidi naturalis: annullationẽ spirituum mortificationis eminẽtiã. Non consulo ꝙ medicus stet circa egrotum quando apparet talis pulsus. Tunc eñi crux et luminaria et cinis et cilitiũ ꝛ aqua benedicta suũ debẽt habere locũ. ¶ Occasum. Idest defectũ. ¶ Lucernã. Idest vitalẽ spm̃ q̃ est lucerna microcosini.

¶ Incipit tertia particula.

r Esperare licet modicum tiruncula clio.
Mulcebris ĩstaurat fessas recreatio vires
Jam satis est: nũc tolle moras: succinge regressuꝫ.
Accipe: sed caueas pedibus ne scandala fiant.
Deuius est calor: et milia multa supersunt.
Excubat interius forsam clandestinus hostis.

Inuidie celebrata lues: furmicula fame.
Pessima pro puris spargens zizania granis.
Ut sit processus securior: et tibi parcat.
Inuidus et fatui veteris ludibria vulgi.
Uerba musandino maneant condita sapore.
Omnibus equiuoci titulum petende salerni.
Presulis alfani claro signata sigillo.

¶ Aggreditur auctor noster tertiã distinctionẽ sui operis: in qua exequit de significationibus alioꝝ generꝝ ⁊ ponit distinctiones eoꝝ quorũdam: quas in secunda partitione nõ posuerat. Premittit aũt ꝓlongũ in quo musaꝫ suã alloquit: eãq ex pñti opere fatigatã iuitat ad recreationẽ qetis. ¶ Tirũcula. Idest rudis ⁊ nouella. ¶ Iam satis est. Sed q: requies diuturna parit desidiã ⁊ eneruat vigorẽ: statim iubet eã interrũpere quietẽ anq̃ opus inceptum aggrediat. ¶ Ne scandala. Idest cũ pedes intendas ⁊ vexaris pedibus metrice orationis caueas ne aliqđ offendiculũ pedibus tuis occurrat. ¶ Milia mlta supsũt. Idest miliaria mlta restãt ad pgẽdũ. i. diuersa capitula et diuerse regule que restãt tandẽ de generibꝫ pulsuum: per quas regulas quasi p certã viã ⁊ semitã peragrare debꝫ intellectus tractãtis. ¶ Exubat. Hic auctor noster mouet musam suã q sibi caueat ab adulatoribus et detractoribus: qui bene dicta alioꝝ dẽte canino ⁊ satyrico corrodẽt: ⁊ que scire nõ possunt vel facere quadã malignitate animi defraudãt: ⁊ laudes alioꝝ in se infundata tituli mutatione conuertunt: spargũt seminãt nigellã inuidie: et zizaniã detratactiõis: vbi deberẽt seminare precium laudis et fauoris. ¶ Musandino sapore. Idest sapidis ⁊ sententiosis auctoritatibus Petri musandini q fuit patronus et supremus opifex huius facultatis: qui alium non habuit patrem nec habiturus est sequentem. ¶ Equiuoci salerni. Salernũ equiuocum est ad ciuita-

tem et ad magistrū huius artis preceptorem. ¶ Alfani. Idest illius summi magistri et vnici in phisicali scientia. ¶ Presulis. Idest archipresulis salernitani tātis cōsilia patronis potest malignis hostibus obuiare.

¶ De significationibus frequentis et rari pulsus.

Qui recolit replicatq3 suum sepissimum ictum.
Ex vi contrahitur fragili fortiq3 calore
Cordis adoptiuus vapor vt possit recreari.
Sufficiens possit spiramine mulcebris aure.
Ne simul huic detur quantum sibi competit aer.
Vis opressa negat: igitur perplexa reprendit.
Multiplici numero quod iam formauit in vno.
Crebraq3 defectum quanti repetitio pensat.

¶ Exequit auctor noster de significationib9 alioꝝ generū que restāt sex pdictis. Et primo expedit significationes frequētis et rari pulsus: qd est sextū gen9: et ppendit ex tpe quietis: qd est inter duas diastoles: sicut in prima partitione dictū est. Frequēs itaq3 pulsus sigt fortitudinem et vehementiā extranei caloris et innaturalis: et debilitatē et afflictionē virtutis: qr fortis est calor: et multa indiget aeris attractione et refrigeratione. vnde multa instat necessitas humide refrigerationis: et euentationis ad temperamentum feruoris. Si virtus debilis et afflicta non potest sufficienter aeris quantitatem vno ictu attrahere quantu3 expedit necessitas ardoris: ergo necesse est q numerosa et frequēti actione restauretur et suppleatur quod defecit in quantitate vnius attractiōis et ideo causis predictis concurrentibus. i. forti calore et debili virtute frequens accidit pulsus. Si vero fortis virtus cum forti calore concurrat iuxta necessitate3 ardoris fortis virt9 trahet sufficientē aeris quātitatē: et tūc non fit frequens pulsus. S3 inter raritatē et frequentiā mediocris. ¶ Se

pissimus. Id est sepissime iterans motionē. ❡ Adoptiuus. vapor. Idest calor extraneus et innaturalis, quem cor adoptat illata sibi violentia ex febre vel exercitio vel apostemate vel quacunqꝫ compressione vel immutatione. ❡ Mulcebris aure. Idest aeris cuius attractione interiora demulcentur. ❡ Quod iā formauit invno. Idest in quantitate ⁊ atractione.

❡ De significationibus: rari pulsus.

Debilis in raro calor est: infirmaqꝫ virtus.

❡ Ostēdit cās ⁊ sigtiones rari pulsus. ⁊ dicit ꝙ rarꝰ pulsus sigt debilitatē caloris ⁊ infirmitatē virtutis q: debilis ē calor nō restat multa necessitas aeris attrahēdi in multa refrigeratione. Uirtꝰ etiā ꝗuis infirma sit iuxta debilitatē caloris aerē pōt sufficiēter administrare ad tē perādū vna attractione. Sed cōtrariū inuenit in pantegni. Dicit em̄. Cōstātinus rarū pulsuꝫ fieri ex virtute debili ⁊ forti calore. Et Philaretꝰ dicit ꝙ rarus pulsus fit ex debili calore ⁊ infirmiori virtute. Solutio dubij est. ꝙ dicit constantinus rarū pulsuꝫ fieri ex debili virtute ⁊ calore forti: hoc dicit respectu quorūdā sanoꝝ corpoꝝ que ſm frigidā disponūtur cōplexionē: ⁊ ꝙ debilitate caloris modica egēt refrigeratione. Et virtus eoꝝ cū sit fortis: q: sana sunt corpa ⁊ nulla egritudine oppressa vno ictu possunt sufficiēter attrahere ꝙ calorē debilē possit refrigerare vñ in eis fit rarꝰ pulsus. ꝙ autē dicit. Philaretꝰ rarū pulsuꝫ fieri ex debili calore ⁊ infirma virtute hoc dicit fieri gratia egroꝝ: corpoꝝ. In febriēte em̄ rarꝰ pulsus sigt maximū virtutis operatiue impedimētū q: extinctionē caloris naturalis ex cōsumptione humiditatis ⁊ annullatione spirituū. Unde si in laborante acuta febre precedēte pulsu multū veloci frequēti ⁊ magno nulla facta determinatione subito appareat pulsus rarus sine alienatione mentis patiētis significat mortem.

¶ De incidēti & decidēti pulsu.

Motibus incidui pulsus virtus reparatur.
Captiuata salus sit libera languida fortis.
Debilis instaurat vires opressa resurgit.
Vita reformatur victo synthomate morbus.
Exultat capto brauio natura triūphat.
At per deciduū vite iam vespere facto.
Vergit in occasum splēdor vegetabilis aure.
Eneruata perit virtus parcecꝫ trahenti.
Atrops insultat vt vite sincopet vsum.

¶ Hic auctor agit de octauo genere pulsus qđ incidēs & decidens dicit: & eius significationes ostēdit. Incidens itaqꝫ pulsus attēditur ſꝫ collationē & cōparationē morarū ad moras: occultarū ad aptas fortiū ad debiles: debiliū ad fortes. Aperta mora dicit q̄ facit pulsuꝫ i dilatatione. Occulta que facit in cōstrictione. In cōparatione ergo more dilatatiōis ad morē cōstrictionis incidu⁹ vel decidu⁹ dicit. Nā si breuior sit mora cōstrictionis & maior sit mora dilatationis dicit pulsus īcidu⁹. Si vͦo breuior sit mora dilatationis & maior sit mora ꝯstrictionis q̄ est inter duas diastoles. tunc dicitur deciduus. Si aūt equaliter sit inter duas moras erit pulsus medius inter decidentem & incidentem. Potest etiam hic pulsus attendi ſm collationem & comparationē pluriuꝫ morarū ad moras ſm multos pulsus ꝯsequentes & succedentes. Nam incidentia quādoqꝫ habent locū in vno pulsu: quandoqꝫ in pluribus. In vno vt si fiat comparatio plurīū morarū & cōstrictionum & dilatationū sibi per multos pulsus succedentium. Si ergo cōtingat ꝙ pulsus cōtinuet qnqꝫ percussiones fortes & sexta decurrat debilis vel aliquantulum deficiens: & postea succedant decem fortes & sequatur vndecima debilis. & postea occurrant viginti fortes:

et sequatur vigintina debilis vel deficiens. et sic procedat pulsus multiplicando pcussione fortes quousqꝫ debiles prorsus non appareāt. talis pulsus dicetur incidēs: et significat confortationē virtutis et cōualescētiā et plenariā crysim futuram. Similiter decidens duobus modis potest intelligi vt dictū est de incidēti: aut in vno pulsu: aut ī pluribus: quomodo in vno dictū: quomodo in plurib⁹ fieri debeat. sic constat: quoniaꝫ si precedant decē fortes pcussiones: et sequātur vndecim debiles: et post sequātur sex fortes et septē debiles post quattuor fortes et quiqꝫ debiles. et post tres fortes et quattuor debiles. et ita paulatī quousqꝫ multiplicatis debilibus fortes euanescant pcussiones: tūc talis pulsus dicit͛ esse decidens. i. ꝓpter mino rationeꝫ sui a notitia nostri sensus cadēs: Et nota ꝙ pulsus incidēs comp̄hendit caudā soricinā retornatiuā. Decidēs ꝯo cōtinere potest caudā soricinā finitiuā. Attēde ꝙ per decidētē vel deficiētē pulsuꝫ accidētē in die cretico mortis hora pōt distingui. Et ꝑ incidētē hora cōualescētie pōt signari. Ponat͛ ergo ꝙ aliquis infirm⁹ pulsuꝫ habeat decidētē. vtrū debeat euadere ab illa egritudine: sic cognosces. Cōputādū ē ergo a prima defectione pulsus vsqꝫ ad secundaꝫ: et in qua hora diei fiat et contingit quot ictus in p̄ma deficientia et quot in secunda verbi gratia: inter primā et secūdā: fortes tibi occurrant triginta percussiones in hora diei tertia. Sed cum sit molestum te semper ibi esse et computare numerū: alia die eadem hora venias et numera percussiones eiusdem pulsus inter vnum deficiētem et alium. Et si modo deficientem inueneris in vndecima percussione. Et si quindecim pcussiones fortes amisisti cum prius haberes triginta signum est ꝙ trāsactis alijs horis alias quindecim percussiones amittet. Et in eadem hora morietur. Eodē modo de incidenti facere poteris et crysis ad bonū futura designatur. Si quis habeat pulsum deciduū computa a p̄mo in

cidenti et aliquātulū fortiori vsq ad scōm incidētē in qua hora hoc fiat: et quot percussiōes sint inter primū pulsuz incidentē et secūdū aliquantuluz fortiorē. verbi gratia. si inter primū et secūdū incidētez triginta tibi occurrāt percussionesvt in hora diei huius tertia fiat post in secunda die eadē hora veniēs: cōputa sicut ī prima die si inter primū incidentē et secūdū inuenis quindeci motiones: inuenisti incidentē: ita pcedēdo poteris pnosticari crisim futurā ſm magnā et paruam horā et horarū et ictū computationem. ¶ Incidui. Idest incidētis. ¶ Accepto brauio Assecuto premio corone ppter debilitatem egritudinis. ¶ Per deciduū. Idest decidētez. Littera plana est.

¶ De equali et inequali pulsu: ordinato et inordinato.

Iūcta bono pitas bona fit mala iūcta sinistro.
Cōtrahit adiuncte cōpaginis emula formā.
Imparitas reprobanda boni laudāda sinistri.
Nam tibi ppositis que sunt optanda duobus.
Elige qd̄ fixum stabili bonitate moratur.
Ex tibi propositis que sunt fugienda duobus.
Elige mobilius: fuge qd̄ constantius extat.
Qualibet in specie pulsus paritas reperiri.
Imparitasve potest sed nō equaliter equum.
Unica solius facit obseruantia pulsum.
Si magnus se cōtinuet: propriumq tenorem.
Seruet: inoffensum cadit a plena paritate.
Cum species aliena subit: nō dicitur equus.
Simpliciter: sed in hoc: cū nō sit in oībus equus.

¶ Octo generibus assignatis et eorum accidētibus executis et expeditis agit de duobus extremis generibus que accidentia sunt et principalibus predictis adiuncta

sunt: scꝫ de equali et inequali: ordinato et inordinato. nec tamen de ordinato et inordinato agitur nisi ẜm distinctionem suarum specierum et partium. Est itaqꝫ pulsus equalis cuius percussiones vniformē et consimilē habēt rationem: et vniformiter occurrunt in digitorum extremitatibus: vt si percussiones sint magne et in magnitudine equales: non parue: non rare: non spisse: nō debiles nec in aliquo diuerse. Et iste pulsus equalis dicitur absolute. Inequalis autem est cuius percussiones diuersant siue sit in motu vt modo sit spissus: modo velox: modo tardus: siue in quantitate dilatationis vt modo sit magnus modo paruꝰ: siue in virtute vt modo sit fortis modo debilis. ¶ Sicut autem quidam est equalis pulsus absolute seruans equalitatem in omnibus. ita quidam est inequalis absolutam seruans inequalitatem in omnibus percussionibus. Et est quidā inequalis in quātitate qualitate: in alijs tm̄ diuersat: ⁊ ille inequalis dicit: sed in aliquo equalis nūcupatur. ¶ Et nota ꝙ oīs equalitas in bono est bona: in malo mala. Et inequalitas in malo bona est: et hanc diuersitatē ẜm diuisionē auctor insinuat in capitulo presenti. hec diuisio nō tm̄ habet locum in cōsideratione pulsuū: sed circa meditulliū venaꝝ. ¶ Paritas. Idest equalitas. ¶ Sinistro. Cum sinistris ⁊ malis differētijs. ¶ Imparitas. Idest inequalis.

¶ Sequitur de pulsu qui dicitur cauda retornatiua: et de eo qui dicitur cauda finitiua.

Cauda retornatiua primo mollescit in ictum.
In reliquo languet fit tertia motio leuis.
Iudicio sensus se quarta magis manifestat.
Quinta viget valido firmatur sexta vigore.
De tenebris sensus: et de languoris ab ipso.
Repit in excessum graduali tramite pergens.
Hoc pulsu solitos natura reciprocat ictus.

Finitiua suos motus orditur ab alto.
Sensim deprimitur: declinat: mollificatur.
Et de propatulo sensus se mergat in imo.
Hic vicinantis affert preludia mortis.

¶ Hic agit de speciebus inequalis pulsus et inordinati cuius multe sunt species: scz cauda soricina finitiua ꝛ cauda retornatiua: caprizans: martellinus: romosus: fluctuans: spamosus: ptisicus: formicans: vermiculosus: sorinꝰ. Prius exequitur de cauda soricina finitiua et retornatiua: que licz possint esse spēs ordinati et equalis: sub inequali tamen et inordinato continentur: qꝛ qn̄qꝫ cauda soricina finitiua ꝛ retornatiua ꝑcedunt in percussionibus ꝺm ordinatā inequalitatem: ꝛ qn̄qꝫ ꝺm ordinatā vbi nāqꝫ est perturbatio nature tanta vix ad plenū consequentis ineq̄litatis ordinatio pōt seruari. ¶ Constātinus tn̄ in pātegni has spēs ordinat sub ordinato ꝛ eq̄li est ergo pulsus cauda retornatiua quasi ab occultis ꝛ quasi ab insensibilibus percussionibus incipiēs paulatim graduali tramite ꝺm ordinatū modum maiorādo ꝑcedit de minimis ad paruas de paruis ad aliquātulū apertas de aliquātulum apertis ad magnis manifestas: et ita cōtinuatim et ordinatim procedit quousqꝫ se recipiat in fortes motiones. Dicitur aūt hic pulsus cauda retornatiua cauda soricina: qꝛ sicut cauda soricis in finali extremitate que ab aīali corpore remotior est incipit a nimia gracilitate ꝛ cōtinuatim ꝑcedit ꝺm grossitudinē ꝛ maioritatē corpulentie: quousqꝫ attingat corpus aīalis. Sic ꝛ iste pulsus ratione similitudinis maiorādo ꝑcedit paulatim de debilibus ad minus debiles: ꝛ de minus debilibus ad aliquantulū fortes: de fortibus ad fortiores percussiones. ¶ Cauda soricina finitiua per cōtrarium pōt intelligi: qꝛ a fortioribus incipiens ꝓ minus fortes trāsit: tertio ꝓ debiles quarto ꝓ debiliores: tandē ab eo descēdit ꝓ gradꝰ debilitatis ꝙ nō sentiꝭ: ꝛ hoc assimilaꝭ caude soricine finitiue.

Nā cauda sorīcina finitiua a parte aīali inserta grocissi/
or est: et paulatim graciliendo procedit vsq͡ȝ ad finē. Cau
da retornatiua significat confortationē nature salutis re
uersionē. Finitiua prenuncia est mortis.

¶ De consolatione medici cum eger moritur.

Collectis fuge sarcinulis opifex medicine.
Nil impensa valent tua: nil suffragia prosunt.
Damna resarciri nequeūt iam morte propinqua.
Atropos excludit lachesim: vitalia rumpit.
Stamina dissoluit gumphos vitamq͡ȝ relegat.
Salua tibi maneat frontis verecundia vultum.
Extere ne pariat tibi mors vicina pudorem.
Mortiferos tua preueniat sententia casus.
Officium vatis retinens nomenq͡ȝ prophete.
Non semper sanat medicus rhetor ve perorat.
Sed tamen officium concludit fine supremo.
Singula que debet si contingentia seruet.
Vitam victuro vel si mortem morituro.
Judicio dictet stabili que culpa medentis.
Officium commune durum curatio morbi.
Actio communis vix consumatur ab vno.

¶ Quia forte medicus ꝑpter mortem egri preminentē
desperaret et de vita sua timeret credens sibi ab amicis
suis imputari: ideo auctor ipsum consolatur: et amicos
eius corroborat et firmat: ostendens. ꝙ non sit timen/
dum. et cum prenunciauerit mortem egri potius sibi co/
pulabit gloriam et honorem ꝙ̄ pudoris ambitionem: et
loco prophete inter homines reputabitur: quia moritu/
ri solis pronosticis.

¶ De pulsu caprisante.

Descensu saltum geminat caprinus ab vno.

More caput saliens: que bis prius aera pulsat.
Nõ semel in terram querat defigere cursum.
Cedit in hac specie progressio prima secunde.
Si species talis genesi dictãte resultant.
Hoc signo vasis substantia dura rebellis.
Aure vitalis vis imbecilla notatur.
Sensus hebes serrino preceps turbatio mentis.
Nõ multis resoluta modis vt verba moueret
Mentis conceptum mutilata voce resoluit.
Si caprinus erit sine lege vel ordine pulsus.
In causa est mixtura mali: diuersa dieta.
Dissona materies: resolutio multa vaporis.
¶ In hoc capitulo diffinit auctor quid sit pulsus capri-zans et eius significationem exponit. Est eñ caprizans qui incipiens a velocitate ante digitorꝫ percussionem vi-detur cadere et post mouetur incompleta dilatatione ad similitudinem caprioli caprizans dicitur. Cum eñ caprio-lus incipiat esse velox in saltu quasi saltum videtur face-re in aerem et post in complendo cursu: et complendo sal-tu est velocissimus. Talis vero pulsus anteꝗ̃ regrediatᷓ in centrum duas habet dilatationes primam minoreꝫ se-cundam maiorem: sicut etiam facit capra saliens in aere que prius extollit vna vice pedes: deinde alia vice iterum se extollit anteꝗ̃ in terra ponat vestigium. Caprizans itaqꝫ pulsus: alius est ꝫm naturam: alius preter naturam que autem sunt significationes naturales et que non na-turales: auctor in hoc capitulo exprimit.

¶ De martellino pulsu.

Cum ferit incudem bis malleus: ꝛ resilere.
Cogitur obiecti massa suadente metalli.
Et sit diuiduus: in se tamen vnicus ictus.

Sic resilit duro membrũ concussa rigore.
Et digitos species sic martellina retendit.
Nec redit in centrum donec gemĩauerit ictum.
Ex quo natiuo signatur spiritus ignens
Cor siccũ discor mẽtis p̄sumptio fastus
In febre continua martellino dominante.
Caumate febrili cordis depascitur humor.

¶ Sequitur de martellino: qꝛ martello. dicit. Sicut em̄ percussio martelli supra incudez in sequẽtes cadit percussiones plures ꝑpter percussionem martelli ex duricie incudis: sic etiã martellinus pulsus in dilatatiõe sua ante q̄ ad centrũ regrediat ex percussione spirit⁹: ꝛ organi duricie his digitos ꝑcutere videt: ꝛ fiũt q̄si dilatatiões due sed p̄cedẽs est maior. secũda minor. Sed in caprizãte sequẽs ascensio maior est p̄cedẽte. Martellinus pulsus ex duricie substãtie organi ꝯtigit: ꝛ hoc ꝑpter supabũdãtiã spũs quo spũ mouetur arteria ꝛ pre duricie ipsius spũs re percussus rursus mouetur: ꝛ facit secũdã ascensionem vnde dicit. Philaretus ꝙ martellinus siue bis pulsans currente violenter spiritu in secũdã venit percussionem: vt in incude venit malleus. Et est differentia inter caprizantem ꝛ martellinum quia in captizãte non reꝑcutitur spiritus vt in martellino: sed ante digitoꝝ percussionem quasi cadere videtur: ꝛ post incompleta dilatatione vehementer citat. Martellinus itaqꝫ pulsus si sit ſm naturã significat contumaciã cordis ꝛ pertinentiã mẽtis ex siccitate ꝛ supbia ex abũdãtia spiritus. Si autẽ fiat preter naturã significat successionem cordis ꝛ humoris defectionem: sicut in acutis contingit.

¶ De ramoso pulsu.

Finditur in ramos ramosus et organa motu.
Quadrifido feriẽs digitos percurrit: in imo.

Discolor in pulsu sicut confusa resistit.
Vox chitare fidibus vno simul ordine tactis.
Hec species crassis imperio suadere figurat.
Mobile ppositū cordis mutabile votum.
Si talis cogente mali synthomate fiat.
Morbi materies fit dissona causa repugnās.
Militat ex equo virtus synthoma retundit
Vita reformatur nutrix natura resurgit.
Expirante mali nebula redit aura salutis
¶ Hic ponit ramosi pulsus diffinitionē et significationes ei⁹ ostēdit. Est itaqꝫ ramosus pulsus qui p̄mis digitis tangentis apparet alio modo: et reliquis digitis apparet inequalis: vt si appareat vni digitorū velox: alij tardus vni spissus: alij ramosus vni fortis alteri debilis: vni spissus: alij ramosus: vni fortis: alteri debilis vni incidu⁹ et aptus alteri deciduus et occultus. Et attēdit ꝑm quātitatē mot⁹ aut motiōis virtutis et ꝑm motionis numerū. Nō em̄ potest variari iste pulsus ꝑm magnitudinē. Impossibile em̄ ē q̄ sub vno digito in eadē pte organi sit magnus et in alio digito vel in alio in paruū mutet̄ in eadē pcussione: aut i eadē pcussione fiat paru⁹ et etiā magnus Magnus em̄ ex necessitate quattuor digitos trāsit. Similr̄ ramosus nō pōt attēdi ꝑꝫ varietatē latitudinis aut stricture: caliditatis aut frigiditat̄ duriciei aut molliciei: vacuitatis aut plenitudinis. Nūq̄ em̄ in eadē percussione pōt attēdi pulsus in diuersis digitis: ramosus: latus et strictus: calidus et frigidus: mollis in quibusdam: durus in alijs vacuus ī vno: plenus in alio: et silr̄ puus et magnus ꝑm velocitatem: tarditatem: debilitatem: et fortitudinem: raritatem et frequentiā potest considerari. ¶ Ramosus alius ꝑm naturam alius preter naturā. Scd̄m naturā factus cordis mutabilitatē significat. Preter naturam factus in acutis febribus humorꝫ significat con-

t rarietatem: nature cōualescentiam ex parte significat: et ex parte vite laborem: et finem morbi declarat. Pulsus ramosus sm Philaretū hz fieri ex aliq̄ supfluitate in cō cauitate arterie contenta q̄ aduenieti spiritui resistit. vn̄ tota arteria propter resistentiā supfluitatis aduenietis spūs. nō potest totaliter dilatari. Sz mot⁹ cordis et motus spūs trāsfert deorsum et sinistrorsuz ac si essent diuersificati. His determinatis lr̄a clarescit per se sm diuersitatis casdē teste. Constātino in pantegni. Caudā soricinam et pulsum inclinatū licet inuenire. Cauda soricina in diuersis digitis inuenitur: cū pulsus ab vno digito attingēti brachiū est grossiuz: sub digito scdo ē minor: sub tertio est paru⁹: sub quarto est minimus. Similiter hec cauda in forti et debili veloci et tardo pōt intelligi. Sz hec cauda soricina differt ab alia de q̄ superi⁹ cū ipso auctore pertractauim⁹. Inclinat⁹ autē pulsus attēdit sm diuersitatem percussionū sub quattuor digitis: vt si sub duobus digitis medijs grossius. et sub duobus extremis subtilis: aut in medijs apert⁹: in extremis occult⁹. apparet autē sursuz extremitas deorsum inclinari ex defectu virtutis substātiā organi ex parte brachij leuare nequētis causa arterie grauitatis in extremitate intra manum ex defectione sola ē virtutis: illic vix peruenientis. Inclinatus similiter de forti et veloci et tardo est intelligendum. Et ille inclinatus pulsus et cauda soricina predicta: sub ramoso pulsu comprehendi possunt. Nā ramosi pulsus possunt esse multe species. Sub eadem etiam specie continetur serrinus de quo dicetur in sequētibus. Qui autē sub vno digito mouetur sub tribus est quietus. aut sub duobus primis mouetur sub alijs quiescit. aut sub vno fortis: sub altero debilis: sub tertio debilior sub quarto debilissimus: ita q̄ non sentitur. Et hoc est q̄ pulsus dictus cauda soricina posset intelligi quando gradatim debilitando procedit de primo digito ad secundum

de secundo ad tertium de tertio ad quartū. Sed hic non gradatim pcedit in debilitate per quartum digitum: vt si ab vno moueatur: sub alijs quiescatur: aut sub duobus primis moueatur: sub alijs non: dicendus est serrinus di citur autē a serra: qꝛ serre dentibus assimilatur.

¶ De fluctuante pulsu:

Uasa procellosus enormi concutit ictu.
Fluctuat: exundat: fremit: estuat: ꝛ digitales.
Uentriculos sibi cōpressos lateraliter ambit.
Pars infra ꝛ sursum: pars retro ꝛ ante mouet.
Inde pbes subitum mentis cordisqꝫ tumultū.
Sanguinis vndantis turbato in corpore motū.

¶ In hoc capitulo agit de procelloso pulsu siue estuoso. Et constantiam quam. Philaretus fluctuationē appellat prosequitur: ꝛ ostendit quid sit fluctuans pulsus ꝛ quid habeat significare. Estuosus pulsus est cum organi pars auriculari digito superposito superior ante mouetur: sub altero digito inferius ꝛ tardius. Pars autē organi dextrorsum ꝛ sinistrorsum sentitur moueri: quedam pars late quedam pars stricte: vt videmus in tempestate maris. Fluctuans igit pulsus habet fieri ex abundantia aquosi humoris infundentis corpus arterie magis q̄ debeat vnde spiritus in arterijs generatus aquosum humorem in arterijs existentē mouet magis in vno loco arterie q̄ in alio. ꝛ ideo quasi quedaꝫ inundationes siue per flatus per pulsuꝫ sensui subiacent: ꝛ ideo pulsus fluctuans dicitur. Tali pulsus solet reperiri in quadā specie ydropisis que anasarca dicitur idest equalis resolutio carniū. ¶ Significat pulsus iste quādoqꝫ mētis perturbationem aut iram subitā: aut tristiciaꝫ aut humoris subitam perturbationem.

¶ De spasmoso pulsu.

Spasmosus vacuus tensi quoqꝫ more rigescit.
Funiculi: ptisicis famulatur: ⁊ extenuatis.
Corporis humorem depascit. sorbet inanis.
Plenior occurrit species spasmosa replentur.
Organa: reumaticus neruis infunditur humor.
Lenia motiuo viduantur membra vigore.

¶ Hic exequitur de spasmoso pulsu qui aliter ptisicus appellatur ⁊ eius significationes exponit taz ptisici ꝙ spasmosi: de repletione prouenientis. ¶ Spasmosus itaqꝫ ⁊ ptisicus habet fieri carne consumpta et desiccata per calorem febrilem. vnde non habet arterias: nisi collocetur ad modum chorde tense et tenditur: vnde digitis cō pressa transfertur a dextra ⁊ sinistra. vnde videtur spasmosus et ramosus idem esse. sed differunt propter causas differentes: q2 in ramoso corpus arterie diffinditur: sed in spasmoso neruus tenditur: ⁊ multuz diriciei sentitur. vnde dicitur spasmosus propter tentionem nerui vel arterie. vel quia spasmum futurum significat. In ramoso autem non fit talis tentio quemadmodum in spasmoso Spasmosus itaqꝫ significat desiccationem corporis. et consumptionem humorum: indurationem arteriarum ⁊ nimiam desiccationem. Et significat spasmum de inanitione. est autem quidam spasmosus de repletione humorum. vnde arteria sentitur multum turgida.

¶ De formicante ⁊ vermiculoso pulsu.

Sunt gemini pulsus formicans vermiculosus.
Estiuis potius in febribus ⁊ peracutis.
Mortis precones fidei: reserantqꝫ sepulchra.
In febre formicās: pulsu vermiculāte verēdus.
Non redit ad melius: sed vitā morte soporat.
Sepius has specie excepto caumate febris.
(Non vrgēte necis discrimine) sincopis infert.

P ij

¶ Hic agit auctor commixtim de duabus speciebus inordinati pulsus.s.vermiculoso τ formicāte vermiculosus more estuantis mouetur:sed estuans maior est et fortior vermiculosus minor et debilior:tamē velocior τ spissior est:quia huius causa virtus est defecta.τ dicitur vermiculosus.quia sentitur sub digitis vt vermiū motus.Et formiculosus mouetur sicut vermiculosus.Sed formiculosus minor est τ defectior τ spicior.Cuʒ enī eius virtus omnino est ablata τ defecta dicitur formiculosus.qꝛ sicut formice sub digito sentiūtur sicut itaqꝫ formica minorem habet motū q̄ꝫ vermis:sic et formicans pulsus minor est:τ defectum significat plus q̄ꝫ vermiculosus:cū eius motus sit minimus sicut motus formice minor est motibꝰ aliorūʒ animalium:sed pulsus aliquis deficit vsqꝫ in formicationē:τ hoc fit ex synthomate acute febris τ ex consumptiōe spirituū omnino de priuādꝰ est vita patiēs.Si vero deficiat vsqꝫ in vermiculosum τ ibi maneat et nō pgrediatur ad formicantē nō moritur omnino.Et nota q̄ꝫ ante formiculosum necessario venit vermiculosus si de formicāte fiat regressus in vermiculosum bonuʒ est.sed si de vermiculoso fiat descensus in formiculosuʒ est malū signū.Formicās τ vermiculosus quādoqꝫ fiunt ex subita dissolutione virtutis sicut ꝑpter multā inanitionē sanguinis:vt in fluxu ꝑ emoroidas:vel a naribꝰ vel a vētris immoderato fluxu vel mēstruorū in mulieribꝰ vnde patiēs ex tāta virtutis cōsumptione vel dissolutione propter defectum spirituum:et nutrimenti subtractionē syncopare cogitur:et pulsuʒ habet formicantem vel vermiculosum.De tali autem pulsu non est desperandum:quia ex tali causa habet cōtingere.Uidemus quandoqꝫ multos syncopizātes:in quibus nec flatum nec pulsum perpendimus:qui tamen per assumptionem aque frigide τ cōfortatione ex arromaticis ad p̄riorē statū regrediūtur.De pulsu ergo ex tali causa mutato nō dʒ desperare medicus:nec morti patientē ad

iudicare. Galienus nanqȝ exemplum ponit de quadam muliere habente suffocationem matricis: in qua nullus sentiebatur pulsus cuius ori lane flocculum apposuit sub tiliter carpinate vel carminate: et lana aliquantulum cōmota et calefacta ex anhelitu eius cognouit eam adhuc viuere: et post operam suam adhibendo eam ad sanitatē conuertit. Quod si pulsus formicās et vermiculosus fiat in corporibus defectis et desiccatis ex febribus acutis: non propter immutationem nature subitam: tunc desperandum est et per talem pulsum sententia mortis diffinienda est.

¶ Sequitur de pulsu serrino.

Occurrit: digito species serrina priori.
Debilis in reliquo fit languida nulla sequenti
Hic trahit a serra conata vocabula pulsus.
Cuius cum primis incisio dentibus acta.
Est grauis in reliquis grauior funesta supremis:
Corporis hoc pulsu fatalis serra vigorem.
Amputat et vitam nubes letalis obrumbrat.

¶ Hic agit auctor de pulsu serrino qui diuersis modis intelligi potest. Nam quandoqȝ sub vno digito mouet: sub tribus est quietus aut sub duobus primis mouetur: sub alijs quiescit; aut sub vno fortis: sub alio debilis sub tertio velox: sub quarto tardus. Serrinus autem notatur a serra: quia dētibus serre assimilatur: quādo inequalem facit incisionē ⁊ ꝓm hoc clauditur serrinus. Serrin⁹ pulsus sub quibusdā speciebus predictoꝝ pulsuum pōt contineri. Fit autem serrinus quandoqȝ vt in primo digito sentiatur debilis: in secundo quasi deficiens. In tertio omnino non sentitur ꝓm autem hanc estimationem quedā cauda soricina finitiua erit pulsus serrinus.

¶ Hic auctor musam suam alloquitur vt sigillet opus de pulsibus.

Fige tuo metas operi: sat prata biberunt.
Semina luxuriant: prius arida terra colono.
Plenius arridet pingui letamiue gaudens.
Et fructus nobis exponens diuite vena.
Iam sterilem cultum philareti fomeris horret.

Registrum.

A B C D E F

G H I K L M

N O P omnes sunt qua-

terni: dempto P qui est duernus.

¶ Hic finis imponitur tractatulo de cognoscendis vri-
nis et pulsu peritissimi magistri Egidij cum expositio-
ne et commento magistri Gentilis de fulgineo summa
cum diligentia pluribus in locis castigatus. Impressus
Lugd. per Jacobum myt. Anno Millesimo quingentesi
mo decimoquinto. Die vero. iij. Octobris.

